

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXXII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
III PARS**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E    1 9 7 4**

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA**

---

**IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA  
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):**

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

---

**ANTEMURALE, I-XVII, Romae, 1954-1973**

---

**ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES**

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — «*Liber Disparata Antiqua Continens*» Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 tabs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.
- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XXXII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
III PARS**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E      1 9 7 4**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

## I N D E X R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	V
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistolarum . . . . .	»	253
Index nominum propriorum . . . . .	»	257
10 tabulae		



## INTRODUCTIO

*Volumine tertio documentorum ex Archivo Regiomontano clauditur haec pars operis nostri, quam edendis documentis, in sectione B 1 eiusdem Archivi conservatis, destinavimus. Edidimus scilicet epistolas regum reginarumque Poloniae ad duces Prussiae, Albertum I et Albertum Fridericum, datas, incipiendo ab anno 1525, anno videlicet, quo Ducatus Prussiae, Regni Poloniae feudaliter conditus erat, usque ad annum 1572, ad mortem nempe Sigismundi Augusti, ultimi ex stirpe Jagellonica Poloniae regis. Qua morte cludebatur etiam prima periodus relationum, inter Regnum Poloniae et Ducatum Prussiae intercedentium.*

*Nunc itaque, publicatis supradictis epistolis regum et reginarum, edendis in lucem documentis, in sectione B 2 Archivi Regiomontani custoditis, hoc est epistolarum procerum officialiumque Polonorum («Geistliche und weltliche Grosse»), eodem temporis spatio ad eosdem duos in Prussia duces missarum nos accingimus. In quibus edendis cum ad annum 1572 pervenerimus, in animo habemus publici iuris facere alteram quoque partem commercii litterarum inter Polonię et Ducatum Prussiae occurrentis, id est epistolas Alberti ducis ad reges reginasque et ad proceres Regni Poloniae destinatas.*

*Non operae pretium censuimus hoc loco iterum regulas nostras enucleare, quibus in editionibus nostris ducimur, cum eas lector in praecedentibus Elementorum ad Fontium Editiones voluminibus (XXX et XXXI) facile invenire possit, ubi etiam aliquae indicationes, ad bibliographiam spectantes, continentur.*

*Ut in antecedentibus voluminibus nostris, ita et hic maximas agimus et habemus gratias Archivi Regiomontani Moderatoribus, Doctori Ioanni Koeppen, Directori, et Doctori Bernardo Jähnig, eiusdem Tabularii Assessori, pro humanissima plane hospitalitate et auxiliari opera, quam nobis et in hoc volumine edendo non denegaverunt.*

*Doctori Jähnig singulares etiam habentur gratiae pro textuum germanice scriptorum correctione et Doctori Francisco Dirnberger (Vienna) pro eorundem textuum sedula transcriptione.*

C. L.



**T E X T U S**



*Hoc volumen est chronologica continuatio praecedentium voluminum Elementorum ad Fontium Editiones (vol. XXX, XXXI), ideoque et singularum documentorum numeratio continuat numerationem voluminis immediate praecedentis.*

N. 855.

*Grodnae, 8.I.1563.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro bonis auguriis ex occasione novi anni sibi missis gratias agit ipsaque  
duci omnia fausta precatur; item pro expeditione iam nominati (in  
N. praeced.) negotii gratias renovat; ab imperatore indies aliquam  
notitiam se expectare significat; ob adversam ducis valetudinem dolet  
ipsique celerem convalescentiam exoptat; pro libro sibi misso gratias  
agit et cum duce iterum gaudet ob fratribus sui Maximiliani electionem  
et coronationem.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.317.*

N. 856.

*Petricoviae, 23.I.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*ne Scalichius (Scaliger) ducis subditus, in libro suo Regiomonti impri-  
mendo mentionem ullam Guanini Itali faciat.*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.317.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Exposuit coram nobis, non sine querella, Nobilis Ambrosius Guaninus  
Italus (cuius obsequia, quae nobis hactenus fideliter praestitit, sunt  
nobis commendata), quod Scaliger, Illustritatis Vestrae famulus, in li-  
brum, quem conscripsit, ea etiam, quae Guaninus in Senatum Venetum  
est locutus, inseruerit atque ea sub incudem Regiomonti sit daturus.  
Itaque cum ea ipsa scripta Scaligeri parum sint honorifica Guanino vi-  
cemque famosi libelli obtineant, Illustritatem Vestram petitam a nobis  
esse volumus, ut huic Scaligero mandet ac praecipiat, ne ullam faciat  
in suo libro Guanini mentionem, neque ea det imprimenda, quae famae  
aut existimationi Guanini essent nocitura. Nam si haec, quae de eo Sca-*

liger scripsit, ad Senatum Venetum pervenerint, praeter id, quod sint  
antea male erga eum Veneti affecti, multo magis etiam hac causa acce-  
dente redderentur Guanino infensores. Factura Illustritas Vestra nobis  
rem gratam. Quam optime valere cupimus. Datum Petricoviae, XXIII  
Ianuarii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri trigesimo tercio.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

N. 857.

Petricoviae, 25.I.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro bonis auguriis ex occasione novi anni manu propria a duce scriptis  
et pro adjuncto libro precum gratias agit.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.317.*

Sigmundt August etc.

Durchleuchtiger furst, freundlicher besonder lieber herr ohem, un-  
ser freundtschaft und was wir meher liebs und guttes vermogen zuvor.  
Euer Furstlich Durchleychtigkeit an uns mit irer handt gethon schrey-  
ben haben wir entpfangen und dorauss allen inhaldt genugsam vernom-  
men. Bedanckhen unss Euer Furstlich Durchleychtigkeit zu dem iezigen  
neuen jare gethaner wunschunckh. Gott der allmechtig wolle uns sambt-  
lich diss und alle andere hernach khommende iar gluckhseelig und die-  
selben in seinen gnaden und allem guttem zu follbringen gnediglich ver-  
leihen. Wir haben in der worheit von anfang unserer regirung je und  
allwegen zum fleissigsten darnach getrachtet, auf das wir nicht allein  
die weltliche regirung gegen gott dem allmechtigen veranthworten, sonder  
auch inen rechtschaffen und worhaftig sowoll wir als auch unsere under-  
thanen loben, preusen und bekennen mochten. Ist uns derwegen diese  
Euer Furstlich Durchleychtigkeit gethone an unss vermanung seher ange-  
nem gewesen, wollen unss befleissen, auf das wir derselbigen mit gottes  
hilf nachkhommen moechten, von unss auch freundlichen hieneben be-  
danckhen, das Euer Furstlich Durchleychtigkeit unser in iren gebeten  
gegen gott dem allmechtigen nicht vergessen, sonder unss sambt allen den  
unsern dem ewigen gott entpfelten, denselben bittendt, das er uns in  
seiner rechten erkantnuss und preuss erhalten wolle. Und wie wir nie  
gezweifelt, also empfinden wir auch iezmols, das Euer Furstliche Durch-  
leychtigkeit sowoll alle unsere sachen als auch unser und der unseren  
seelenheyl recht zu hertzen gehen, die unss jetzt und allwegen von Euer  
Furstlich Durchleychtigkeit zu vernemmen fast lieb gewesen. Desselben-  
gleichen haben wir auch fast gern gesehen diesen grossen treulichen  
fleiss, welchen Euer Furstlich Durchleychtigkeit in der versammlung der  
gebet, die sie uns gegen gott teglich zu thon gesamlet, furgewandt hat,  
und schpurein hierin ein grosse lieb Euer Furstlich Durchleychtigkeit  
gegen uns, befinden auch selbst woll, das die lieb und forcht gottes nor  
fast durch teglich gebett und anrufen gegen gott erweckht, gemeret und  
geschterckt wirt. Derhalben nemmen wir diese Euer Furstlich Durch-  
leychtigkeit gehabte muhe und das gluckhseelige neue jar sambt dem  
gebettbuchlein zum freundlichsten an, wollen unss befleissen, als fil wir  
zeit und weil von unseren ietzigen hendeln haben mugen, auf das wir

uns in diesen gebethen uben und Euer Furstlich Durchleychtigkeit vermanung ein genuegen thon mechten.

Was anlangt die beygeschriebene neben den gebetten bekantnuss, von allen artickhein und zuvorauss von der Heyligen Dreifaltigkeit und dem hochwirdigen sacrament, auch von der berichthung eines christenmenschen zu dem tisch Gottes, wollen wir zu gelegener zeit mit fleis überlesen und, wo es sich zutrifft, Euer Furstlich Durchleychtigkeit des christlichen glaubens zeugnus geben. Und werden uns Euer Furstlich Durchleychtigkeit ire freundliche lieb gegen unss desto meher beweisen, wann sie uns, nachdem sie schreiben, die gebett und danckhsagungen, so bey und noch der empfahung des heiligen nachtmals von Euer Furstlich Durchleychtigkeit gebrauchet werden, abschreiben und alher übersenden lassen, sol uns seher angenem von Euer Furstlich Durchleychtigkeit zu khommen. Wir sein auch der gewisser hoffnung, wie Euer Furstlich Durchleychtigkeit in irem schreiben melden, unser gelibter hochleblicher gedechtnuss herr und vatter sey so woll aus derselben Euer Furstlich Durchleychtigkeit zugeschickten trostschriften, als auch auss irer majestet rechtem christlichem an Gott den allmechtigen glauben und vertrawen auss diesem jamerthall in die ewige ruhe und das himelreich von Gott dem ewigen himlischen vatter berufen und gefordert worden, dohin unss auch der ewige barmhertzige Gott, vatter unseres hern Jesu Christi, sambt dem heyligen geist, genediglich, wann die zeit khombt, verhelfen wolle. Und ist uns nicht weniger lieb und angenem, diese bewisene treuliche lieb gegen unss als auch gegen unserem geliebten in Gott verschidenem hern und vattern, diss wir auch mit allem guttem Euer Furstlich Durchleychtigkeit zu vergelten iederzeit geflissig sein wollen.

Das sich zum letzten Euer Furstlich Durchleychtigkeit unss sambt irer lieben gemahel und dem jungen son freundlich empfelhen, sein wir geneigt und urbietig, derselben und allen den iren unsere freundtschaft und geneigten willen iederzeit zu beweisen, wie sie auch ane zweifel bitzher allwegen empfunden haben; und dessen sollen sie fortan gewisser zuversicht zu uns sein. Befehlen hiemit Euer Furstlich Durchleychtigkeit sambt irer lieben gemahel und dem sone in den schutz des almechtigen. Geben an unserem landtstag zu Petherkhaw, den funfundzwanzigsten tag January im tausenfunfhunderthdreyundsechzigsten jare, unseres reichs des dreyunddreysigsten jares.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 858.

Petricoviae, 3.II.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Ioanne Wietwiński, causam apud iudices ducis de patrimonio habente.

Sigill. IX.

(Cum 2 annexis)

H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Supplicavit nobis per literas Magnificus Vilnensis Palatinus,<sup>1)</sup> ut ne-

gocium Ioannis Witwinski, familiaris ipsius, quod is apud iudices Illustritatis Vestrae de patrimonio habere ab annis octo dicitur, iterum Illustritati Vestrae per literas commendaremus. Etsi autem non mirari non possumus ad priores nostras literas responsum nobis ab Illustritate Vestra non esse, tamen iterum atque iterum amice Illustritatem Vestram hortamur, ut huic subdito nostro, familiari autem Magnifici Vilnensis Palatini, ius expeditum et a tantis dilationibus remotum Illustritas Vestra dici tandem iubeat. Pertinet enim plane id ad Illustritatis Vestrae officium, quae in tollendis alioqui ac decidendis hominum controversiis solet percelerem adhibere maturitatem, in hac etiam subditi nostri causa declarare eandem suam et constantem voluntatem, praesertim cum id a se iterum atque iterum literis nostris postulari intelligat. Quam bene valere cupimus. Datum Petricoviae, die III mensis Februarii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Nicolaus Radziwill.*

#### *Schedula adiuncta:*

Non possumus satis demirari, quid in causa extiterit, quod cum Illustris Dominus Dux Megapolensis,<sup>1)</sup> Coadiutor Archiepiscopatus Rigensis in Livonia sit factus fueritque eo tempore in provincia illa, cum ad nos inde frequentes omnium Ordinum legationes, in primisque Illustris ipsius Domini Duxis Curlandiae,<sup>2)</sup> ad Comitia mitterentur, Illustritas tamen eius nec Legatum ullum miserit, nec iis, qui ab aliis missi sunt, mandata ulla dederit. Ignorare autem profecto non potuerit legationes eas tum ad salutem universae illius provinciae, tum ad se quoque et officium suum maxime pertinere. Itaque si quid habet Illustritas Vestra, cur id ita factum esse ab Illustritate illius existimet, ad nos perscribat.

#### *Alia schedula adiuncta:*

Petimus etiam ab Illustritate Vestra, ut nos de sententia Ducis Adolphii<sup>3)</sup> certiores faciat, in iis quidem rebus, de quibus ad nos Illustritas Vestra retulerat, cum nos Lomsae proxime convenisset.

1) *Christophorus.*

2) *Gottardus Kettler.*

3) *Adolphus dux Holsatiae.*

*N. 859.*

*Petricoviae, 10.II.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de causa Ioannis Wietwiński contra Nicolaum Widmannsdorff.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. IX maius.  
H B A, B 1, K.317.*

Petricoviae, 14.II.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

ut Christophorus dux Megapolensis ab invasione et occupatione arcium  
in Livonia, sub protectione regis positarum, arceatur.

(*Charta ex parte lacerata. Adest tamen exemplar, ex quo completio-  
nes fieri potuerunt*)

Vest. sigilli.

(*2 annexa germanice scripta: 1. Primum responsum Ioannis Alberti I  
ducis Megapolensis regiis commissariis datum 30.I.1563. 2. Proposi-  
tiones in causa Christophori ducis Megapolensis oblatae a rege Var-  
saviae, 1.II.1563.*)

H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps et Domine, Consobrino noster Charissime.

Cum saepius euidem perforantur ad nos constantes rumores Illustrissimum Dominum Christopherum Duxem Megapolensem, Coadiutorem Archiepiscopatus Rigensis etc., mox a praesenti reditu suo e Suetia in Livoniam, incertum est quo instinctu adductum, agitare molirique invasionem occupationemque arcium non solum Archidiocesis Rigensis, nostrae protectioni defensionique traditarum ab Illustrissimo Domino Archiepiscopo Rigense,<sup>1)</sup> consobrino nostro charissimo, verum etiam aliarum quoque arcium nostrarum, quas in ea provincia mero iure directoque dominio nostro possidemus, praecipue vero arcis nostrae Wenden, quam quidem iam obsidione quoque, nisi incertus rumor est, ab illo cinctam esse atque etiam nunc premi audimus.

Quod si ita habet, quam honeste quamque convenienter atque decore idem Dux faciat, oblitus nempe officiorum benevolentiaeque illius nostrae erga se, Illustritas Vestra ipsa secum perfacile expendere poterit. Certe nihil minus expectabamus, quam eam gratiam pro nostris officiis referendam. Itaque Illustritatem Vestram pro nostra necessitudine amanter postulandam admonendamque duximus, quemadmodum id ipsum hisce praesentibus nostris facimus, ut primo quoque tempore missis literis suis ad Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem, Illustritatem Suam eo in negotio fraterne compellare admonereque velit, quo eius Illustritas omni autoritate, consilio, studio ac opera sua ei instituto atque proposito Duxis Megapolensis Christopheri modis omnibus, quibus melius consultiusque videbitur, contravenire seseque, quantum in ea est, opponere satagat neque desinat, praesertim ratione arcium Archidiocesis, quas a Sua Illustritate protectionis defensionisque nomine possidemus atque ex iisdem annuam pensionem eiusdem Illustritati reponimus.

Atque, si videbitur, etiam ipsum quoque Duxem Christopherum Illustritas Vestra literis suis ab isto eius instituto ac proposito diligenter dehortari revocareque contendat. Nam etiamsi, quemadmodum bona spe sumus, ut clementia Numinis praesidiis nostris eas arcis ab omni impetu adverso tueri ac defendere possimus, tamen maioribus impensis in id insumptis atque exantlatis, difficilius pensionem solitam ex illis arcibus Illustrissimo Domino Archiepiscopo numerare ac reponere poterimus. Proinde eo magis curare velit, ne Dux Christopherus ea in re nobis molestiam negotiumque facessat ac exhibeat, verum si qua in re iniuria

se a nobis affectum existimat, de ea apud nos rite postulet, certo certius persuasum apud se habens nos nullis iustis ac honestis rationibus idonea satisfactione defuturos. Atque ea in re Illustritatem Vestram, pro suo erga nos ac omnem Rempublicam ditionum nostrarum singulari affectu ac studio, diligentissime annixuram non dubitantes, eandem diutissime incolumem ac foelicem esse ex animo cupimus. Datum Petricoviae, XIIII Februarii, anno LXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

*Annexum I:*

Hertzog Hanns Albrechts erste antwort, den koniglichen commissarien zu Warschau den 30. Januarii übergeben.

Der durchleuchtige hochgeborne furst, herr Johann Albrecht, hertzog zu Meckelburgk etc. hat nicht ohne grossen schmertzen verstanden, was von wegen koniglicher majestet fur wenig<sup>a)</sup> tagen in sachen seinen brudern hertzog Christoffen belangend, erzelet<sup>b)</sup> und nu schriftlich seynер durchlaucht übergeben worden.

Dann man daraus gnugsam ersehen mag (welchs auch vormals zum mehren teyle nicht verborgen seiner durchlaucht gewesen), wie ungebürlich gegen koniglicher majestet sich seynер durchlaucht bruder verhalten, der nicht allein für die unmessigen koniglichen wolthaten keynen dang zu erzeigen sich beveissiget, sonder auch ire konigliche majestet mit vielen grossen scheden<sup>c)</sup> und verdrislichkeitēn beleistiget hat. Weil aber diese ding mehr gestrafft, dann herwiderbracht können werden und konigliche majestet nach irer herlichen gnade und lindickeit durch vorbieth vieler teutscher fursten, auch des hertzogen zu Preussen und seiner durchlaucht gethane intercession dahin bewogen, das sich ire konigliche majestet vernemen haben lassen, sie wolte nichts harters gegen hertzog Christoffen furnemen, sonder uff die gelinde seyte geneigt sein, dafur seiner koniglichen majestet ire furstliche durchlaucht unsterblichen hohen dang saget, versprechende, das sie solcher wolthat nimmermehr wolle vergessen. Das aber konigliche majestet die vorschlege zu erledigung hertzog Christoffs von seiner durchlaucht fordert und ins mittel zu bringen begeret, erkennet seine durchlaucht, das solchs mehr aus sonderlicher koniglicher gutwilligkeit geschehe, dann das sicks also gezieme. Dann es ist schickerlicher, das in denen sachen, die gentzlich an koniglicher gnad und lindickeit hangen, die vorschlege von irer koniglichen majestet als dem höchsten heupte und anfenger herfurbracht werden. Derhalben, das konigliche majestet solche unbeschweret zum forderlichsten furbringen wolte, bitet seine durchlaucht zum hochsten und, nachdem die vorbittet dahin gerichtet sein, das hertzog Christoff nicht allein der custodien gefreiet, sonder auch ins ertzstift Riga widerumb eingesetzt werde, so hoffet seine durchlaucht, konigliche majestet werden zu beiden geneigt sein und solche<sup>d)</sup> vorschlege vorlegen, die zu beiden

a) *sequitur expunctum:* jar (?)

b) *in margine.*

c) *in margine sequitur expunctum:* sten

d) *praecedit expunctum:* die

sachen gerichtet sein. Wann nu seine durchlaucht dieselben eingenomen, wollen sie mit irem bruder vleissig handlen und alle arbeit anwenden, damit, was billich und gut ist, ohne seumen recht ausgerichtet werde.

*Annexum II:*

Vorschlege zu erledigung hertzogs Christoffs, von koniglicher majestet zu Warschau, den 1. Februarii, übergeben [15]63.

Nachdem Eur Furstliche Durchlaucht bekennen und zustehen, das derselben bruder, hertzog Christoff, nicht allein der koniglichen majestet vor ire wolthat keynen dang, wie sichs gebüret hette, erzeigte, sondern auch fur die guttaten viel unbilligkeit, grosse scheden, nachteil und mühe geursacht, und aber Eur Furstliche Durchlaucht von irer koniglichen majestet bieten, weil dieselbe aus koniglichen gnaden und umb vorbieten willen vieler fursten, mit hertzog Christoffen sanfter und gelinder zu handeln, bedacht, denn es die schwerheit der iniurien erfordert, das ire konigliche majestet die conditions und vorschlege furstellen wolte, weil nichts fuglichers sey, dann das die vorschlege der gnaden, furnemblich von deme, daher die gnade iren ursprung hat, furgestellt würden, so hat ire konigliche majestet diese vorschlege zu dieser sachen thun wollen:

Erstlich: Weil hertzog Christoff koniglicher majestet woltaten vergessend sich nicht allein undangbar, sonder auch einen heftigen feind gegen koniglicher majestet erzeigte und mit dem konige von Schweden irer koniglichen majestet feinde und widerwertigem ein gewis verbünt-nus gemacht, dadurch alles unglück geursacht worden, sowol das sich in Lifflant mit einnem der schlösser, vertreibung und todtschlagung der presidien oder besatzungen, einnem der stedte und empter, als auch in Finland mit gefenglicher einziehung des hertzogen von Finland sambt seiner gemahl, koniglicher majestet schwester, und beyderseits dienern diese zeit über zugetragen; daneben, weil er konigliche majestet zu einem grossen schweren kriege, den ire majestet zu beschützung der lande Eifflant vorgenommen, geursacht, in welchem krige er der feinde heerfürer gewesen, die feinde bey sich aufgehalten, mit ihnen gemeine ratschlege gehabt, so ist er ohn alle widerrede aus recht verpflichtet, koniglicher majestet alles widerzugeben und zu erstatten die scheden, so durch inen geursacht worden. Die weise aber widerzugeben und zu erstatten ist diese, das der konig zu Schweden die schlosser, stedte und alles, was er in<sup>a)</sup> Eifflant<sup>a)</sup> in besitz hat, es sey mit waserley rechte es wolle, koniglicher majestet einreume und wirglich abtrete und sich alles rechts, so er an Eifflant zu haben vermeinet, nu und zu ewigen zeiten fur sich und seine nachkommen verzeihe.

Das er den hertzogen zu Finlant sambt seynem gemahl, koniglicher majestet schwester, mit allen iren zugethanen und dienern, wes stands und geschlechts die sein, auch mit allen iren hab und güttern frey und ledig gebe und das er sie hinfuro nicht mehr gefangen neme, sonder die hende gentlich von inen enthalte, furnemblich aber, das die hertzogin alles dasjenige, wes sie zur mitgift mit sich bracht, volkomblich in irem gewalt neben dem hertzoge, irem herrn gemahel, behalte. Item da sie beyde in vorige freyheit gesetzt, das alsdan<sup>b)</sup> das hertzogthumb Finland und alles andere, so dem hertzoge nach absterben seines vaters entweder durch los zukommen oder nach beyleben des vaters ime zuge-teylet worden,<sup>c)</sup> nichts davon innebehaltende,<sup>c)</sup> ime dem hertzogen zu

Finlant als dem rechten erben vom<sup>c)</sup> konige zu Schweden<sup>c)</sup> widergegeben und thatlich eingereumet werde. Nachmals aber ime dem hertzogen oder seiner gemal und nachkommenden durch waserley schein und wege zu ewigen zeiten nichts entwende.

Darnach, das fur den uncosten des vierjerigen eiffelndischen kriegs der konig zu Schweden viermal hunderttausent thaler koniglicher majestet, forderlich in der stad Dantzig, erlege und wirglich zustelle.

Zum andern: Das sich fur hertzog Christoffen zu bürgen einstellen in kreftiger form uff ire<sup>d)</sup> treu, ehre und eid die benachparten fursten, marggraff Johans zu Brandenburgk, der hertzog zum Brigk, die hertzogen zu Pommern<sup>1)</sup> und er selbst, hertzog Johann Albrecht zu Meckelburg, sein bruder, das er weder durch sich noch durch seiner brüder oder blutsverwanten einen, auch nicht durch seiner freunde oder gesellen einen, oder andere angstifte personen, den frid und rhue des konigreichs und anderer lender und underthanen koniglicher majestet sowol in Eiffplant als aller anderer buntnusgenossen irkeines wegues turbiren und unruig machen wolle, und das er von koniglicher majestet fur injurien und schaden nimmer nichts rechen oder deshalben ichts fordern oder heischen wolle. So solle er auch koniglicher majestet selbst und dem reiche, desgleichen Eiffplant und andern eingeleibten lendern und underthanen zu ewigen zeiten keynen schaden zufugen, nach wider konigliche majestet und derselben buntnusgenossen mit gemüt, worten oder wercken sich feintlich erzeigen, auch keynen menschen, wes standes oder wesens der sey, hierin folgen, sondern vielmehr mit allen seinen nachkomblingen gute freund und nachbarschaft mit koniglicher majestet und allen iren underthanen und dienern in allen sachen vleissig und treulich halten.

Mit dieser bedingung, wo hertzog Christoff solchs nicht halten und sich worin feintlich und widerwertig gegen koniglicher majestet und derselben nachkommen oder underthanen erzeigen und etwas durch sich oder andere bestellte personen vornemen würde und konigliche majestet die bürgen des erinnerte, sollen ire durchlaucht schuldig sein, hertzog Christoffen irer koniglichen majestet oder derselben nachkommen in eigner person zu gestellen und an denen ort und stand, darin er itzo ist, zu geweren. Wo sie das nicht konnen, sollen sich ire durchlaucht selbst gestellen und alles, wes von koniglicher majestet und dem reichsrathe beschlossen und inen auferlegt wird, tragen und dulden.

Fur das gelt, welchs konigliche majestet fur den uncosten des krieges fordert, wie oben ausgedruckt, sollen sich sieben konigliche stedte in der Slesien zu burgen einlassen dergestalt, wo die viermal hunderttausent thaler uff bestimbten tag und stelle nicht erleget würden, das die genannten stedte irer koniglichen majestet und derselben nachkommen nach eins so viel zu erlegen schuldig sein sollen bey poen der repressalien in der chron Polan.

Solange nu diese obgemelte condiciones nicht erfülltet, so kan hertzog Christoff nicht los gegeben werden.

Zum dritten: So ofte konigliche majestet hertzog Christoffens dinst in vorstossender noth bedurfen wird, sol er alzeit schuldig sein, koniglicher majestet und iren nachkommen mit 400 pferden uff koniglicher majestet besoldung als ein diener zu dinen und uff zeit und stelle, die ime von koniglicher majestet namhaftig gemacht, sich<sup>e)</sup> zu begeben, ohne alle ausflucht und ausrede, es were dann, das er durch krangheit verhindert würde. Zu welcher zeit soll er nichts weniger die gedachte anzal der 400 pferd durch einen geschickten tuchtigen heuptman zu

königlicher majestet schicken, das sie nach wellen und bevelich königlicher majestet an bequemen ort verordnet werden.

Zum vierden: Wann die obgedachten dinge aller erfullet sein, so soll hertzog Christoff königlicher majestet einen fusfall thun und mit demüttigen worten öffentlich in beywesen der rethe umb verzeihung bieten. Alsdann erst wird<sup>f)</sup> königliche majestet aus gnad und gunst ihnen los lassen und und in ire freuntschaft nemen, so er sich dafur dangbar wird wollen erzeigen.

Zum funften: Das hertzog Christoff zu ewigen künftigen zeiten zum ertzstift Riga nicht widerumb komme und hinfuro, weil er lebet, kein<sup>g)</sup> recht zu demselben zu haben furwende, auch keine weise und wege immer furneme, in Liffland oder sonst in königlicher majestet herschaften oder im reich zu Polan irkeynen besitz zu überkommen.

Under des, bis die ermelten vorschlege ire entschaffe erlangen, wollen ire königliche majestet aus gnad gegen seiner liebden und umb Eur Durchlaucht willen verschaffen, das seine liebden alhie erlich tractiert werde, bedenkende, das solchs Eur Durchlaucht nicht ungeneme sein werde.

a) *in margine.*

e) *super lineam:* sich

b) *suprascriptum pro expuncto verbo quodam illegibili.*

f) *pro expuncto* soll *suprascriptum*

c)-c) *in margine.*

g) *praecedit expunctum:* zu

d) *in margine.*

1) *Barnim IX, Ioannes Fridericus*

N. 861.

Grodnae, 20.II.1563.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro studiis ducis in fratrem suum collatis [in negotio matrimoniali archiducis Caroli?] gratias agit; sperare se nuntiat fore, ut ipsa ducem adhuc visura sit; de Moscovitis, de quibus nihil boni se scribere posse asserit, Kunheim oretenus relaturus est.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.317.

N. 862.

Vilnae, 26.II.[1563].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

Polociam captam esse significat et se ad fugam paratam; refert de Paulo Docher, qui se Scalichium (Schalich) nominare solet.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.317.

Durchleuchtingister furst, fruenlicher mein herzenlieber her undt vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus,<sup>a)</sup> auch als liebs und guettes zuvor.

Wan Eur Liebden glicklichen und wol gieng, das war mier ein herzenliche freit zu vernemen. Dergleichen wis Eur Liebden mich auch von gnatten Gottes in guetten gesundt - Got hab lob.

Ich klag Eur Liebden auch ganz truelich, das der feint Poloczko erober

hat mit grossen gebarlt<sup>b)</sup> und vil volk und guet darin pekumen. Kan wol gedencken, er wiert es pey den nit pleiben lassen. Got der her wel sich unser erparmen und die angefangen straft genedigklich von uns<sup>c)</sup> wenden und nach unsser verdienst nit straffen. Ist<sup>d)</sup> pin hie stat in ortnung, wan was pössers kume, das ich mich von hinen pegeben<sup>e)</sup> wil gen Wilsk,<sup>z)</sup> wiewol ich tort auch nit sicher<sup>f)</sup> pin. Ich peflich mich got den heren, der wel mich peschuzen.

Weider, fruenliche lieber her vatter, kan ich Eur Liebden nit vorhal-  
den in vertreylicher mainung, das mich mein getruer diener Kunheim  
hat underdenigist peden, ich in die gnat dein<sup>ff)</sup> wol und Eur Liebden ein  
pericht dein wolt von Paulus Dochor, der sich Schalich nent, damit Eur  
Liebden ja den rechten grunt pericht wurt. Weil den Kunhein mier der-  
massen pisher gedient hat, das ich genaigt pin, in allen pillichen sahen  
mein genedigen willen zu erzeigen, und ich auch an das die zeit mein  
leben mich nit gescheycht hab, der warheit zuegnus<sup>g)</sup> zu geben. Derhal-  
ben wil ich Eur Liebden auf kurzest perichten, was ich von Schalich<sup>h)</sup>  
Paulus vier pericht hab.

Eur Liebden solten wissen, palt er Paulus zu der Wilden ist kumen  
und sich vier ein groffen von Schalich aus hat geben, mier solhes unglau-  
blich ist gebest, wie ich dan solhes gegen sein majestet und villen ande-  
ren gemelt hab, dan ich die zeit meins leben das meist in meins heren  
vatter hof undt lant verzert hab gehabt, aber nie nit von kein solhen  
gehört hab, da doch solhe sachen nit so lang kinen verschwigen sein.  
Auch alsplatz ich inn gesehen, mich eriner, das ich in<sup>hh)</sup> keyserlicher maje-  
stet kapellen gesehen und auch ander sein selzamben reden und erzeig-  
nus mier ja nit in mein herz gen wollen, das er der sey, darvier er sich  
auch geb, den ich in solhe fal nit geren leicht glauben. Undt damit ich  
ein rechten grunt wist, hab ich keyserliche majestet<sup>i)</sup> geschrieben, under-  
denigist gepeten, mich den rechten grunt zu wissen lassen, ob dem also  
sey oder nicht. Darauf mier sein majestet zugesick sein gepurt und  
herkumen, auch wie ers die zeit seins leben getrieben, und mier darneben  
etlich wenig wart<sup>j)</sup> mit aiger hant<sup>j)</sup> geschrieben, welche ich Eur Liebden  
in ein<sup>k)</sup> sunder zedel schreyb, damit Eur Liebden dieselben also pe sich  
peholt und verpren, dan ich nit geren von mier schreib, was mier sey  
majestet mit aigner hant schreibt; aber auf<sup>l)</sup> den vertrauen, so ich zu  
Eur Liebden hab, sick ich Eur Liebden, damit Eur Liebden allen ester  
mer glauben geben kan. Ich sick<sup>m)</sup> Eur Liebden auch der pericht von  
wort zu wort, wie ich in pekumen hab. Damit er, Paulus, aber nit sagen  
kint, keyserliche majestet het selhes aus ungnat oder des glauben halben  
gedan, so sick ich Eur Liebden auch noch ein pericht, den ich von ro-  
mischem kunig,<sup>z)</sup> mein her prueder, pekumen hab, auf den er sich doch  
in sein sin hoch verlest. Der ist den ander gleich und megen sich Euer  
Liebden darauf verlassen undt mer keyserlichen majestets wort glauben  
als ein solhen lossen menschen. Ich pit ganz fruenlich, mier solhes nit  
anderst als in allen guetten auslengen und aufnemen, dan solhes von mier  
peschicht aus guetten truen herzen; den ein guetter<sup>n)</sup> und true fruent<sup>o)</sup>  
ist schuldig, den anderen vor sein<sup>p)</sup> nachteil zu waren, dan solhe leit  
schaden off mit der zeit laut undt leit darzu. Pit ich, Euer Liebden wellen  
sich denach viersehen, dan solhe mech Euer Liebden auch pey keyserliche  
majestet, auch ander nit zu pesten ausgelegt werden. Das mier dan herzen-  
lich leit wär, das Euer Liebden aus unwissenheit in vertach kumen solt,  
dan Got ist mein zueg, mit was fleis und truen ich Euer Liebden alzeit  
pis auf die stunt pey<sup>q)</sup> keyserliche majestet<sup>q)</sup> gefurdert hab, und weis,

das sein keyserliche majestet nit ander als mit allen gnaden undt fruen-schaft gegen Euer Liebden gesint ist. Derhalben mier leit war, das sich Euer Liebden zu hoch von den mensch solt annemen. Pit derhalben als ein hochverstentigen fursten, Eur Liebden wellen die sahen wol pedenck und si wol viersehen in diessen hanten. Und pit noch, wie vor mier solhes in guetten auslengen, dan Got weis, das ich solhes aus truen herz tue und aus lieb, so ich zu Eur Liebden hab. Habs auch derhalben mit aiger hant geschrieben, damit Eur Liebden sehen, das ich vertreylich undt guet mein. Damit due ich mich Eur Liebden auf das<sup>r)</sup> hochst und fruenlichest pefhelten.

Datum Vilna, den 26. tag Februarii.

Eur Liebden fruendliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

- a) *praecedit expunctum*: kr
- b) *forsitan*: gewalt, *verbum ex alio correctum, quod praeceditur ab expuncto*: gefa
- c) *praecedit expunctum*: und
- d) *sic in ms., fortassis pro*: ich
- e) *praecedit*: peben *expunctum*.
- f) *in ms.* sichen
- ff) *praecedit expunctum*: den
- g) *pro expuncto*: zuegugmus *suprascriptum*.
- h) *sequitur expunctum*: Palu
- hh) *in ms. in repetitur*
- i) *pro expuncto*: war *suprascriptum*.
- j) *in ms. hat*
- k) *in ms. correctum in*: hinein in
- l) *suprascriptum pro expuncto*: auch
- m) *praecedit aliqua littera expuncta*.
- n) *sequitur expunctum*: ge
- o) *sequitur expunctum*: istl (?)
- p) vor sein *supra lineam pro expuncto* von
- q-q) *supra lineam pro expuncto* pe key
- r) *in ms. doch; sequitur expunctum*: sch
- z) *sic in ms.*
- 1) *Ferdinandus I*
- 2) *Maximilianus II*

#### Schedula adiuncta:

Was Paulus petreffen duet, dieweil ich mit wenig worden Eur Liebden nit perichten kan und auch das nicht heimlichs ist, hab nach der leng doch nur die substanz<sup>a)</sup> aller seiner sahen, tuet und wessen und, wie mit in gangen ist, in schrift stellen lassen und sick Eur Liebden hiemit zu, daraus Eur Liebden sehen, wier was vier ein fogel ist und in suma er ist der hochferdigist<sup>b)</sup> man, des ich mein leben lang nie erkent hab, der zu gar ein lugner undt gar unpestentig<sup>c)</sup> ist. So vil mag ich Eur Liebden mit grunt perichten.

- a) *in ms. substaz*
- b) *sequitur expunctum*: mensch
- c) ob *maculam lectio incerta*.

N. 863 deest.

N. 864.

Grodnae, 15.III.1563.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
regem sibi mandasse nuntiat, ut in Poloniam versus Radomiam profi-ciscatur.  
(Germanice)  
Sigill. XIII maius.  
H B A, B 1, K.317.

N. 865.

Grodnae, 16.III.1563.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Ioanne Wołowicz, ut ei subditus quidam profugus, qui in ditionibus  
ducis latitare fertur, restituatur.

(Germanice)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.317.

N. 866.

Petricoviae, 30.III.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

litterae credentiales pro Achatio Czema, palatino Marienburgensi.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.317.

N. 867.

Petricoviae, 5.IV.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se minime impeditre nuntiat, quin dux legationem suam in Sueciam mit-  
tat, dummodo sua persona hoc in negotio non immisceatur.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.317.

Iam ed.: Menckenius, N. LXXIX.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Ex literis Illustratis Vestrae, quas nuper accepimus, vetus et con-  
stans erga nos studium ipsius intelligimus. Cuius quidem omnis signifi-  
catio solet nobis esse periucunda. Quod quaerit Illustritas Vestra, ad  
quam rationem existimemus legationem ipsius in Sueciam institui opor-  
tere, primum nos quidem sciatis Illustritas Vestra non esse nec fore alie-  
nos a conditionibus pacis et tranquillitatis communis, quae modo ex di-  
gnitate nostra esse videbuntur. Itaque non impedimus, quin Illustritas  
Vestra, quemadmodum constituit, agat per Legatos tam suos quam Da-  
nicos, si fieri poterit, et Pomeranicos, et videat, num quid in hoc genere  
confici posse videatur.

Sin erunt tempora, ut Danorum et Pomeranorum legationes una mitti  
non possint, non arbitramur tamen alienum fore, si res unius Illustrati-  
tis Vestrae Legatis committatur. Unum videndum, ne quid nostro no-

mine in hoc genere agatur, neve persona nostra aut mandati nostri species ulla immisceatur per Legatos Illustritatis Vestrae in hoc negocio.

De fide erga nos et studio Marsalci et Secretarii Reverendissimi olim Domini Archiepiscopi Rigensis,<sup>1)</sup> quos nobis Illustritas Vestra commendat, curabimus primo quoque tempore, ut eos pro meritis eorum patiamur esse irremuneratos. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Petricoviae, die quinta Aprilis, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a).b) *manu propria.*

1) *Gulielmus Brandenburgensis.*

N. 868.

Petricoviae, 8.IV.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de praeparationibus ad bellum Sueticum, praesertim de classe navalii instruenda.*

*Sigill. VII.*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menckenius, N. LXXXII.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Studium erga nos Illustritatis Vestrae multis ex partibus se ostendit. Illud tamen ipsius maximum fere argumentum esse agnoscimus, cum nos ab Illustritate Vestra et de commodis et de periculis Reipublicae nostrae admoneri intelligimus. Quod nobis sane ab illa longe est gratissimum. Quae Illustritas Vestra ad nos de apparatu Suedico prescribit, intelleximus. Qui rumores cum ad nos quoque paulo ante perferrentur, curavimus, ut arcis nostras Livonicas primo quoque tempore viris, armis, commeatu et reliquis rebus necessariis munire possemus. Qua in re aliquid iam factum esse, aut certe propediem futurum esse, confidimus speramusque, Deo Optimo Maximo confisi, terrestri quidem proelio terrestrique apparatu nihilo nos inferiores fore.

De navalii difficilior explicatio est, quod ipsa etiam Illustritas Vestra non ignoret populos nostros non modo belli, sed ne ullam quidem fortunam suam navibus unquam tentavisse, paucis exceptis Gedanensisibus mercatoribus, quorum ipsorum naves non satis ad gerendum bellum instructas esse arbitramur. Sed tamen de consilio Illustritatis Vestrae literas ad eos dedimus eosque de periculo tempestive admonuimus, ut viderent, si quis navalis apparatus ad bellum gerendum praestari ab iis posset, qui hosti Balthici maris dominium affectanti obsistere posse videatur. Quod ipsum etiam ad Illustres Principes Duces Pomeraniae<sup>1)</sup> et Megapoliae,<sup>2)</sup> atque adeo ad Lubecensem Magistratum scripsimus eorumque auxilia necessariis rebus nostris expetiimus.

Reliquum, vel potius rei ipsius summa tota, quod quidem navalem apparatum attinet, in Illustritate Vestra sita est, quae et pro officio, quod nobis Reique nostrae Publicae debet, et pro periculo, quod maximum fere ditionibus ipsius ex hostilibus istis conatibus imminere videatur, nec nobis honeste nec sibi commode deesse potest. Quam ob rem,

id quod quidem etiam non admonitam facturam esse speramus, dabit Illustritas Vestra operam, ut suis sociorumque Principum et nationum auxiliis confirmata ne patiatur hostem, uti quidem velle videtur, maris dominium occupare. Terra quidem ne quid incommodi nostri sociorumque et foederatorum nostrorum rebus adferri possit, nos omni ope ac studio nostro providebimus. In quo ipso Deum quoque ipsum nobis<sup>a)</sup> non esse defuturum confidimus.

Interea Illustritas Vestra cum Illustribus Holsatiae<sup>3)</sup> Ducibus, a quibus Illustritatem Vestram toti propemodum in parentis loco non ignoramus, cumque aliis Germaniae Principibus, cum quibus illi necessitudo intercedit, aget quam diligentissime, ne quam ex suis ditionibus, aut alioqui per ditiones suas, concedant facultatem educendi militis in Suetiam. De quo nos etiam ipsi et apud Serenissimum Daniae Regem<sup>4)</sup> per Internarios, et apud Illustrem Ducem Brunsvicensem<sup>5)</sup> per literas nostras diligenter egimus. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Petricoviae, die VIII Aprilis, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIV.

b) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>c)</sup>

a) nobis *in margine*.

2) Ioannes Albertus et Christophorus.

b-c) *manu propria*.

3) Adolphus.

1) Barnim IX, Ioannes Fridericus et fratres eius.

4) Fridericus II.

5) Ericus.

N. 869.

Petricoviae, 19.IV.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*ad pericula Livoniae imminentia propulsanda consilia et auxilia, praesertim in classe instruenda, a duce expostulat.*

*Sigill. VII.*

*(Cum annexa schedula de Comitiis Imperii)*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menckenius, N. LXXXIII (sine schedula)*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Ad depellenda ea incommoda ex Livonia, quae ad nos Illustritas Vestra per literas suas detulit, nec deest nec deerit studium nostrum. Itaque et datum est iam aliis negocium a nobis providendi iis rebus, et nos ipsi, paucis interpositis diebus, in Lituaniam proficiscimur, ut facilius ex proximo ad omnem necessitatem illius provinciae invigilare possimus. Qua de re plura ad Illustratatem Vestram per Magnificum Achacium Cemam, Palatinum Mariemburgensem, retulimus. Quem istic esse iam apud Illustratatem Vestram suspicarnur. Hortamur autem Illustratatem Vestram, ut nobis in iis omnibus incommodis vel tollendis vel evitandis consilium etiam auxiliumque suum praestet.

In primis autem, quoniam nos Illustritas Vestra ab omni nautico instrumento imparatos esse intelligit, quemadmodum quidem etiam antea Illustratati Vestrae significavimus, hostium autem consilia potissimum occupandi maris fiducia niti videntur, det operam, ut communibus istic

aliorum Principum viribus et facultatibus classis aliqua instrui possit opera Illustritatis Vestrae, quae conatus hostium inhibeat, neque permittat ab iis dominium maris usurpari, interea dum nos quidem exercitum cogimus, quem terrestri itinere ad disturbandom nefariam hostium coniurationem adducamus salutique et tranquillitati publicae consulamus. De navalí apparatu, quod unum posse videbamur, id fecimus civitati Gedanensi nostrae imperavimus, ut eius rei curam quantum posset maximam susciperet, navibusque ad eam rem subornatis licentiam hostilem ultro citroque commeandi pro virili sua parte inhiberet, quibus praedam etiam omnem remisimus, si quae forte ex interceptis ac direptis navibus per id tempus capi ac cumulari possit, decima tantummodo eius parte pro nobis reservata.

Quod exemplum si Illustritas quoque Vestra subditis suis proposuerit, existimamus privatorum multorum alachritatem alici ad hoc factum atque incendi posse. Praesertim quod ipsorum quoque res non minus agatur, quam nostra aut Livoniorum. Qua de re universa primo quoque tempore cum Illustribus Pomeraniae<sup>1)</sup> et Megapolensi<sup>2)</sup> Ducibus et Illustrissimo Duce Brunsvicensi<sup>3)</sup> per Nuncium nostrum diligenter acturi sumus. Lubecensem autem civitatem per literas quoque nostras admonuimus, ut in communi incendio restinguendo ne patiatur studium et diligentiam suam desiderari. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Petricoviae, XIX Aprilis, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

2) *Ioannes Albertus.*

1) *Barnim IX, Ioannes Fridericus et fratres*      3) *Ericus.*  
*eius.*

#### *Schedula adiuncta:*

De Comitiis Imperii nullus hactenus ad nos rumor venit. Orator autem quoque noster, qui est apud Caesaream Maiestatem,<sup>1)</sup> nullam eius rei in literis facit mentionem. Itaque quandoquidem tenuis quaedam spes sit eorum Comitiorum, Illustratatem Vestram hortamur, ut ad nos sententiam suam perscribat, nunquid in negotiis suis mittendum esse nihilominus a nobis Oratorem existimet ad Caesaream Maiestatem, etiamsi Comitia ipsa Imperii non fuerint celebrata.

1) *Ferdinandus I.*

N. 870.

Petricoviae, 19.IV.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
causam Ioannis Konojacki commendat, cui in regundis finibus prae-  
iudicium illatum est.*

*Sigill. VII.*

*H B A, B 1, K.317.*

*Sigismundus Augustus etc.*

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem prosperosque rerum omnium successus.

Detulerunt ad nos nonnulli Consiliarii nostri limites terrestres inter nostram et Illustritatis Vestrae ditionem factos esse in summum praeiudicium bonorum haereditariorum nomine Plowasch Generosi Ioannis Konoiaczki, qui iam ab annis compluribus est in aula nostra. Qua de re memoria tenemus scrisisse nos non ita pridem Illustritati Vestrae hortatosque fuisse, ut ei negotio finium terrestrium certos suos Commissarios Illustritas Vestra designaret, qui una cum Commissariis nostris cognita ea re atque causa decernerent. Quod ab Illustritate Vestra factum fuisse minime nobis dubium est. Quoniam autem idem Ioannes Konoiaczki ob servitii obeundi debitam assolutionem, maxime vero hisce necessariis temporibus, ab aula nostra discedere suoque negotio intentus esse non quierit, supplicavit nobis, ut iterum ad Illustritatem Vestram ea de re scriberemus eumque illi negotiumque ipsius commenda remus, non quod ille diffideret vel iusticiae Illustritatis Vestrae, cuius semper studiosa fuit, vel etiam causae suaee, quae plana est, sed quod permagni sua interest, hoc praesertim tempore, controversiam hanc fine suo quam primum terminari.

Cuius preces nos, pro nostra in illum gratia proque causae genere, cum neque irritas neque inanes esse debere putaremus (aequissima enim a nobis petit), facile adducti sumus, ut petitioni illius annueremus. Demonstratum item nobis est pertinere magnopere ad alia ipsius finium regundorum negotia, quae in ditione Illustritatis Vestrae habet, diiudicanda et decidenda impetrare eum ab Illustritate Vestra descripta quaedam ex antiquis Cruciferorum libris.

Quam ob rem commendamus primum Illustritati Vestrae eundem Ioannem Konoiaczki maiorem quo possumus studio, deinde vero hortamus ab eaque etiam atque etiam postulamus, Illustritas Vestra mandet suis Commissariis, quod quidem et nostris iam mandavimus, cum ius illi pro rei aequitate ministrari, tum ut ne rem infectam relinquant, fierique in omnibus ipsius negotiis, quae habet, id quod ius aequitasque expetit, ut confectis iis tanto celerius sese iterum ad aulam atque ad nos (utimur enim opera ipsius et fide libenter) conferre possit. Si posthac aliiquid acciderit, in quo item Illustritas Vestra sibi gratificari a nobis petierit, apparebit certe Illustritatem Vestram in eo rem nobis fecisse gratissimam. Quam felicissime valere cupimus. Datae Petricoviae, XIX die mensis Aprilis, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 871.

Petricoviae, 23.IV.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*petit, ut certas merces ligneas via maritima transferre dux permittat.*

*Sigill. IX maius.*

*H B A, B 1, K.317.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustrissime Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime, salutem omnemque ad vota foelicitatem Vestrae Illustritati precamur.*

Constituimus certas merces ligneas nostras proprias, labores silvestres, qui vulgo Wagenschos, Fasholtz et Clapholtz dicuntur, in nostris bonis Cretingensibus ac Palongensibus Samogitiae elaboratos, per silvestrium laborum Praefectum nostrum, Nobilem Ioannem Kopp, demittere. Quae cum mora breviori minoribusque sumptibus et impensis nostris mari deportari queant, quam si via consueta, nempe Labgoviensi, ac Regio Monte demitterentur, itaque Illustratatem Vestram postulamus et petimus, ut eas merces nostras cuiuscumque generis libere, sine quovis impedimento, mora et telonei solutione, mari suo transmitti patiatur, neque adigat ad demittendum per memoratam viam consuetam, quandoquidem id non sine magnis nostris sumptibus et impensis fieri oportuisset. Maxime vero, quod ad ea loca, nempe portum Memliensem, ubi merces depositae sunt, certae naves sint iam conductae. Factura Vestra Illustritas rem nobis gratam ac vicissim officiis nostris referendam. Cum his Illustratatem Vestram valere optime ac diutissime semperque foelicem esse ex animo cupimus. Datae Petricoviae, XXIII Aprilis, anno MDLXIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 872.

Petricoviae, 23.IV.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Elisabetha de Syeprz, olim Nicolai Jaranth de Brudzewo palatini  
Lanciciensis coniuge, et Ursula Lwowska, sororibus, in causa earum  
contra nobilem Albertum Finck (in ms. Phinca).  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.317.

N. 873.

Petricoviae, 25.IV.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
litterae credentiales pro Stanislao Sandivogio Czarnkowski, secretario suo.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VII.  
H B A, B 1, K.317.

*Varsaviae, 4.V.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de difficultatibus in milite Germanico comparando et in congressu ducis  
cum rege instituendo.  
Sigill. VII.  
(Annexum deest)  
H B A, B 1, K.317.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.  
De iis rebus, quae ad comparandum militem Germanicum pertinent  
gratum nobis fuit studium Illustritatis Vestrae cognoscere. Nos quidem,  
perspectis rationibus ad nos missis a Veiro, quibus miles iste conduci  
posse ostenditur, et consideratis ex parte altera angustis aerarii nostri,  
quibus hoc tempore premimur, totum id negocium difficilimum fore  
arbitramur. Primum enim stipendum ipsum usque adeo magnum vide-  
mus a nobis flagitari, ut ea summa militum quidem nostrorum triplo aut  
quadruplo maior numerus conduci posse videatur. Deinde, cum conditio  
etiam illa solvendorum stipendiiorum adiecta sit, ut ad diem constitutam  
repraesententur, neque mora amplior duarum septimanarum interpona-  
tur, valde veremur, ne forte aliquando ob defectum pecuniae, qui solet  
etiam ditissimis Principibus in bello evenire, miles ille Germanicus hostis  
in pro milite efficiatur, et bellum, quod hostibus nostris inferre debuit, in  
nos ipsos et exercitum nostrum convertat.

Quam ob rem de ea re tota amplius adhuc deliberabimus. Nunc qui-  
dem quomodo tanta impedimenta, et ob magnitudinem stipendii et ob  
conditionum difficultatem nobis proposita, possimus e medio tollere,  
non intelligimus. De congressu Illustritatis Vestrae nobiscum, cuius se  
cupidum esse Illustritas Vestra ostendit, nobis quoque ipsis foret is  
gratissimus. Verum cum Illustritas Vestra non nisi post Marieburgensis  
Comitia iter ad nos instituere se posse scribat, videmus in eo quoque  
difficultatem nonnullam fore. Sed tamen ut ex ratione dierum itinerum-  
que nostrorum constituere posset Illustritas Vestra, nunquid nos Grod-  
nae posset convenire, mittimus ad illam prescriptam rationem instituti  
itineris nostri, ut videat Illustritas Vestra, quid in hoc genere fieri posse  
existimet. Bene valere Illustratorem Vestram cupimus. Datum Varshoviae,  
die quinta mensis Maii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a).b) *manu propria.*

*Lomza, 9.V.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de internuntio ducis in Sueciam mittendo; de defensione Livoniae contra  
Moscovitas et impensis a se ad eam rem factis, et aliae notitiae.  
Sigill. VII.  
(Adest etiam exemplar)  
H B A, B 1, K.317.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Studium Illustritatis Vestrae, quo negocia nostra tractanda suscepit, magnopere nobis probatur. Quod vero Illustritas Vestra rogat, num Internunctio suo in Suetiam pergendum sit, omnino pergendum existimamus, una cum Oratore Illustris Pomeraniae<sup>1)</sup> Dicis et aliquo etiam fratrum minorum consiliario. Nec enim arbitramur Principem christianum ita praeter omne ius gentium immanem esse posse, ut aliquid eis incommodi adferre velit, praecipue vero cum nobis, non Illustri Pomeraniae Duci, nec Illustritati Vestrae, hoc quicquid est cum Sueco<sup>2)</sup> intercedat. Praeterea defertur quoque ad nos Suecum, nisi per nos steterit, non alienum a nostra futurum amicitia.

Gratum fuit quoque intelligere Illustrem Pomeraniae Ducem auxilium nobis contra Moschum<sup>3)</sup> non recusare, sed cum gravioris armaturee milites, non perinde ut levioris, apti huic bello iudicentur, longe gratissimum illud esset, si Illustritas Sua vim aliquam pecuniae mutuo nobis concederet. Quod genus officii quam acceptum nobis esset, usu exigente, nos quoque testaremur.

Caeterum non videmus, quam recte Illustris Dux Christoferus Livonum promissis non satisfactum a nobis existimet, cum opera nostra hucusque Moschus ab occupanda tota Livonia impeditus fuerit. Rectius nos de Livonibus pactis conditionibusque non stantibus queri possemus, nec enim ipsi ullum ad suorum defensionem aut militem addiderunt, aut vel minimam impensae partem contulerunt, quod ex pacto promisssisque mutuis auxiliis fecisse oportuit. Nec vero, quam sanum fuerit eorum consilium de non tradendis in fidem nostram cunctis eorum arcibus, hucusque videmus. Cum si illud fecissent, res eorum meliori loco salvae dudum et incolumes futurae erant.

Interim nos soli omnem in defendendis impensam sustinuimus, et sane quod ipsius Dicis Christoferi causa praestitimus, non leve est. Quae omnia cum satis Illustritati Vestrae nota esse sciamus, hoc magis miramur Illustritatem Vestram pati talia sibi persuaderi. Insolentiam militum nostrorum, priusquam Illustritas Vestra quidquam de ea nobis significaret, compescendam curavimus, idemque nunc etiam gravissimis ea de re mandatis facturi sumus. Inducias trimestres accipimus, sed a quo tempore incipient, edoceri cupimus. De mittendo ad Illustrem Ducem Christoferum Oratore non videtur esse ex nostra dignitate. De hoc tamen, ubi Vilnam venerimus, statuemus. Literas passus navibus subditorum Illustritatis Vestrae mittimus. Ad honorandum quoque funus fratris Illustritatis Vestrae iam pridem aliquos ex proceribus Lituanicis eo proficisci iussimus. Dabimus etiam iterum ad eos mandata, ut, si forte nondum eo se contulerint, iter sine mora ingrediantur. Quod de iis, quae in Germania agantur, nos submonuerit, rem nobis fecit Illustritas Vestra gratissimam. Quam cupimus bene feliciterque valere. Datum Lomzae, die IX Maii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a-b) manu propria.

<sup>1)</sup> Barnim IX

<sup>2)</sup> Ericus XIV

<sup>3)</sup> Ioannes IV

Lomza, 11.V.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Matthia Sczuka

Sigill. VII.  
H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Grandevus et valetudinarius senex, Nobilis Mathias Sczuka, bonorum suorum in Skarzino, ditionis Illustritatis Vestrae, in districtu Pisiensi possessor, consanguineorum et subditorum suorum ope in senecta sua destitutus, debita ad arcem Pisiensem onera praestare non potest. Quia vero is metuit, ne propterea bona sua amittat, petimus ad Illustritatem Vestra, ut ab oneribus arcis Pisiensis iussu Illustritatis Vestrae Matias<sup>z)</sup> Sczwka liber et immunis esse possit, et citra aliquod bonorum suorum incommodum reliquum senectae suae in pacifica bonorum Skarzino possessione transigat. Datum Lomzae, undecima die Maii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXXIV.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. c)

a) in ms. Sczwka

b)-c) manu propria.

z) sic in ms.

Cnissini, 12.V.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de difficultatibus in milite Germanico ob defectum pecuniae comparando,  
qua in re se consilium ducis sequi asserit eiusque consilium expedit.

Sigill. VII.  
H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Probatur nobis vehementer consilium Illustritatis Vestrae de milite Germano. Est enim et prudentiae plenissimum, et quod declarat summam Illustritatis Vestrae erga nos benevolentiam et observantiam, id quod etiam Illustritati Vestrae prioribus literis nostris Varsavia declaravimus. Sed quoniam hoc tempore aerarium nostrum continuis bellis est magna ex parte exhaustum, veremur, ne si in istis angustiis Germano milite utamur, hostem nobis ultro in penetralia dominiorum nostrorum precio et pecunia nostra accersamus. Neque enim ignotae sunt nobis leges et consuetudines militis Germani, ut nisi illi ad constitutum tempus menstrua stipendia numerentur, illico vel pro sociis hostes in nostris dominiis grassarentur, vel certe cum hostibus nostris se coniungentes illos contra nos ferociores et validiores efficerent.

Est et altera quoque causa non prorsus contemnenda, quod scilicet

cavendum est, ne excitatus miles noster magnitudine salarii, quod in Germanos erogaremus, ipse quoque suo consueto non contentus, par cum Germanis et nunc et in posterum quoque semper habere vellet. Quae res quantum nobis, qui magno militum numero bella gerimus, incommodi adferre possit, facile est cuilibet cogitare. Deditus itaque ad Waierum literas Varseviae,<sup>2)</sup> quas illum iam accepisse vel propediem accepturum esse putamus, in eam fere sententiam, ut **Illustritas Vestra** dandas existimavit, ne videlicet militem conscribere festinaret, donec expressa de eo nostra haberet mandata.

Gratissimus vero est nobis **Illustris Ducis Megapolensis**<sup>1)</sup> erga nos animus atque ea **Illustris Domini Erici Ducis Brunsvicensis** benevolentia, quam ut uterque **Illustritatum Suarum** non verbis, sed re ipsa demonstraret, adduci passus est facilime. Curaturi sumus modis omnibus, ut si quando **Illustritates** earum opera nostra uti voluerint, re quoque ipsa potius, non verbis, quam gratus sit nobis utriusque **Principis paeclarus** erga nos animus, comprobemus. Quod **Illustritatem Vestram** utrique **Illustrati** eorum nomine nostro diligenter persuadere valde cupimus. Mittimus vero ad **Illustrum Duceum Megapolensem** literas, quas **Illustritas Vestra** cito perferri mandabit. De instituendis cursoribus gratum est et **Illustritatis Vestrae** et **Illustris Ducis Megapolensis** consilium.

Praesentia **Illustritatis Vestrae** fuit nobis optatissima, sed quia temporis angustia et virium quoque imbecillitate in hac senili aetate impediti se dicit **Illustritas Vestra**, facile excusationi acquiescimus. Doctorem Ionam expectamus, ut de omnibus **Illustritatis Vestrae** consiliis copiose nobis referat. A cuius relatione, si amplius etiam praesentia **Illustritatis Vestrae** necessaria nobis esse videbitur, id demum **Illustritati Vestrae** significabimus. Hoc illam tantum hoc tempore ignorare noluimus nos nulla alia nunc re magis laborare, quam rei numariae angustiis. Qua in re si quid nobis **Illustritas Vestra** consilii dare possit, cupimus, ut id quam primum expediat. Interea **Illustritatem Vestram** bene valere cupimus. Datum e Knischin, XII Maii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Ioannes Albertus*

<sup>c)</sup> sic in ms.

N. 878.

Grodnae, 15.V.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
ut dux frumenta regia aliasque merces per ditionem suam in Livoniam  
deportanda sine telonei solutione dimitti patiatur.

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem omnesque prosperimos successus **Illustritati Vestrae**, tanquam consobrino nostro charissimo, ex animo favemus atque cupimus.

Hisce temporibus demissa sunt ex Magno Ducatu nostro Lituaniae frumenta nostra diversi generis cum aliis nonnullis rebus, eisdem naviibus impositis, flumine Nemen. Ex quibus frumentis nonnihil Gedanum deportandum destinatum est, reliquum vero in Livoniam pro instruendis et sustentandis arcibus nostris illic, copia victus et commeatus necessarii. Ad quorum frumentorum ac aliarum rerum cum illis demissarum liberam ac absque quavis thelonie solutione dimissionem cum nullae literae nostrae ad Illustritatem Vestram a nobis datae essent, solummodo Marschalci Curiae nostrae ac Magni Ducatus nostri Lituaniae Terrestris Thesaurarii, Magnifici Ostafieci Wolowicz etc., atque proinde incertum esset, num ea frumenta essent nostra propria nec ne, quam ob rem Praefecti Illustritatis Vestrae non sine mora ac detentione aliqua, nec nisi literis recognitionis super solutione thelonie a procuratoribus demissionis huiusc acceptis, ea<sup>a)</sup> frumenta cum rebus illis adjunctis dimittere noluerunt.

Tum etiam cum hisce temporibus pari modo eodem flumine Nemen demittendi sunt labores siilvestres ex propriis siilvis nostris elaborati, itaque Illustritatem Vestram amanter postulamus ac petimus, ne ab iis iam demissis frumentis cum rebus illis adjunctis, quemadmodum nostris propriis, thelonium ullum in locis ditionis sua exigere permittat, atque simil modo omnes dictos labores siilvestres ex propriis nostris siilvis elaboratos ac nunc dimittendos libere et absque quavis solutione thelonie consueti atque detentio aliqua ubique per loca ditionis sua transmitti patiatur, atque Praefecti suis mandet ac praecipiat, acceptis solummodo quietationibus seu recognitionibus a Praefectis nostris huius demissionis super numero frumentorum ac aliarum rerum illis adjunctarum, tum etiam laborum siilvestrium demissorum demittendorumque, quo tandem constare possit in rationibus, num ea omnia nostra propria essent nec ne. Factura Illustritas Vestra rem non minus nobis gratam atque officio dignam, nec minus etiam vicissim pari ratione a nobis sibi refferendam. Cumque his Illustritatem Vestram Deo Optimo ac Maximo commendantes, eadem prospere semper valere ex animo optamus atque cupimus. Datum Grodnae, XV Maii, anno MDLXIII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) ea *supra lineam*.

b)-c) *manu propria*.

N. 879.

in Salati, 19.V.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de milite a Vaiero (Weier) conscribendo; de palatino Marienburgensi  
[Achatio Czema] ad regem Daniae [Fridericum II] mittendo.  
Sigill. VII.  
HBA, B 1, K.317.

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Explicavimus Doctori Ionae de omnibus Illustritatis Vestrae consiliis voluntatem nostram. Sed quia literae ab Illustritate Vestra nobis

hodie allatae Vaierianum iterum nobis commandant negocium, ita Illustritas Vestra intelligat. Dederamus Varsovia ad Vaierum literas, ut ne milites conscribere properaret, idque fecimus et difficultate rei nummariae et multis aliis quoque causis, de quibus Illustritati Vestrae significavimus, adducti. Nunc vero quia mutanda haec prorsus Illustritati Vestrae visa est sententia, quantumcunque perquam difficilis atque gravis haec nobis videatur ratio, tamen urgente tantopere Illustritate Vestra, consilio Illustritatis Vestrae acquievisimus ac etiam nunc acquiescimus, et ea de re ad Vaierum quoque literas damus. Interim exhausti admodum aerarii nostri iterum atque iterum Illustritatem Vestram commonefacentes atque adeo cupientes, ut ea in re salutari ab Illustritate Vestra nobis consilio provideatur.

Caeterum admonendus erit Vaierus, ut ex tempore significet nobis diem ipsum, ad quem certo militem Caunam deducere poterit, ut et nos, quid tum e re nostra futurum sit, mature deliberemus.

Ad perficiendum cum Serenissimo Daniae Rege negotium Commisarios nostros ad vigesimam septimam Iunii diem Sundium mittere decrevimus. Utemur vero ea in re opera Magnifici Palatini Mariemburgensis, cui addemus aliquem etiam alium consuetudinis potius quam necessitatis gratia. Interea Illustritas Vestra contendat Magnifico Palatino Mariemburgensi persuadere, ut hoc onus et nostri et patriae causa libenter suscipiat. Illustritatem Vestram bene feliciterque valere cupimus. Datum in Salati, die XIX Maii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 886.

Vilnae, 25.V.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de constitutione cursorum nocturnorum et diurnorum in Lithuania; de incuria Gedanensium, naves Sueticas salvas domum se recipere permittentium.*

*Sigill. VII.*

*(Annexum: Exempl. litterarum regis ad ducem Megapolensem)*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CXVII (sine annexo)*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Quod ad constitutionem cursorum nocturnorum diurnorumque per Ducatum nostrum Lituaniae attinet, in eo non mediocriter consilium nobis Illustritatis Vestrae probatur, dabimusque operam, ut ii brevi quam velocissimi instituantur. Miramur vero Gedanenses Suedicas naves aliquot salvas et incolumes domum se recipere passos fuisse. Videtur hoc fatali quadam horum temporum fieri calamitate, ut quorum nos subditorum nostrorum curam praecipuam gerimus, hi ipsi vel beneficia*

nostra parum agnoscant, vel non magnopere de referenda nostris gratia sunt solliciti. Dabimus interim mandata ad eos ea de re quam antea severiora. Illustri Duci Megapolensi<sup>1)</sup> respondemus et epistolam ipsam cum exemplo ad Illustritatem Vestram mittimus. Quam bene feliciterque valere cupimus. Datum Vilnae, die XXV Maii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Ioannes Albertus*.

*Annexum:*

Exemplum literarum a Regia Maiestate ad Illustrem Ducem Megapolensem.<sup>a)</sup>

Illustris Princeps, Domine, Amice et Consanguinee noster Charissime.

Quae nos esse pro Illustritate Vestra facturos in negocio Archiepiscopatus Rigensis ostendimus, ea cum voluntate primum nostra optima in Illustritatem Vestram, tum etiam literis Illustritatis Vestrae ac iniuriis fratris ipsius provocati fecimus. Si quid etiam deinceps proficiisci a nobis poterit ad ornandam Illustritatem Vestram, ea sane non minus libenti animo pro illa suscepturi sumus. Quod autem auxilium quadrincentorum equitum attinet, quod nobis Illustritas Vestra ad Livoniae defensionem suis se sumptibus alere velle promittit, quanquam et nos, cum sumptuum nostrorum hactenus in provinciae illius defensionem factorum recordamur, et Illustritas ipsa Vestra, quae molem illius belli facile potest animo concipere, intelligamus auxilium eiusmodi esse perpusillum, tamen earum rerum rationem habentes, quas nobis per litteras Illustritas Vestra proponit, interim in eo acquiescimus. Det modo Illustritas Vestra operam, ut illud primo quoque tempore a se in Livoniam ableget, ne ulla ex parte oportunitati rerum gerendarum defuisse videatur.

Nos equidem ita rationes eius belli administramus, ut praeter eos equites, quos Illustritas Vestra nobis offert, et eam turmam, quae stipendiis nostris per Weierum conducitur, milite Germanico non amplius indigeamus, praevisa iam per nos ad eum modum necessitate ipsa bellica, ut et iustum exercitum et longe minore stipendio conficere posse videamur.

Quare, et si nobis quidem Illustritatis Vestrae prompta haec voluntas sit gratissima, quod ad numerosiorem conducendum exercitum Germanicum nostro stipendio ducem se fore profitetur, tamen cum hoc tempore exercitu eo minime opus habeamus, in ipsa interim Illustritatis Vestrae voluntate acquiescimus. Effectum eius voluntatis ad aliud tempus, si forte opus fuerit, nobis Reique nostrae Publicae conservamus. Interim autem Illustritas Vestra parcat labori suo, nec se frustra fatiget conducendo exercitu, qui nobis quidem hoc tempore minime est necessarius.

Illustris autem quoque ipsius Erici Ducus studium erga nos singulare, quod ex literis Illustritatis Vestrae intelligimus, gratissimo animo accipimus, et cum ad confirmandam mutuam nostram cum Illustritate eius necessitudinem aptissimum esse iudicemus, tum absque necessitate quidem hoc tempore eo uti minime volumus.

Erunt fortassis aliis temporibus alia, in quibus et Illustritas eius studium erga nos suum tam illustre, et nos gratissimum nostrum in Illu-

stritatem eius animum poterimus comprobare. Vel si eadem forte tempora Dominus Deus diutius perseverare voluerit, tunc nos quidem, si res ita tulerit, non dubitabimus uti praeclaro hoc Illustritatis ipsius erga nos animo et voluntate. Interim Illustritatem Vestram optime valere cupimus. Datum Vilnae, die XXIII Maii, anno Domini DLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) hic titulus alia manu est scriptus.

N. 881.

Vilnae, 27.V.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*mittit exempla litterarum suarum ad duces Megapolensem Ioannem Albertum et Brunsvicensem Ericum, auxilia sibi ad bellum Moscoviticum ab ipsis praestanda concernentium.*

*Sigill. VII.*

*(2 annexa)*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menkenius, N. CXVIII (sine annexis)*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrino noster Charissime.*

Quod Illustritas Vestra nostro nomine in conventu proximo Brunsvicensi agi ac curari voluit, id ita ut fieret, dedimus operam. Scribimusque ad Illustres Principes Albertum Megapolensem et Ericum Brunsvicensem Duces, eo exemplo, quod Illustritati Vestrae mittimus. Quod cum ita sit, ipsa eos quoque Illustritas Vestra suo nomine ad causam nostram suspiciendam et agendam inflammabit atque hortabitur, ut in ea re studium nobis et voluntatem suam quam maxime explicent. Erit id nobis a Vestra et ipsorum Illustritatibus gratissimum. Quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, XXVII mensis Maii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

*Annexum I:*

*Exemplum literarum ad Illustrem Dominum Ericum Ducem Brunsvicensem.<sup>a)</sup>*

*Illustris Princeps, Domine, Amice et Affinis noster Charissime.*

Ex literis Illustrium Principum Dominorum Prussiae et Megapolensis Ducum saepe intelleximus de excellenti erga nos studio et amore Illustritatis Vestrae, quem quidem nobis cum multis indicis aliis, tum potissimum alacritate illa declaravit, quod se nobis in societatem belli Moscovitici ultro obtulerit copiasque militum non exiguae nostro stipendio conducere promiserit. Quae res cum nobis ab Illustritate Vestra gratissima acciderit, facere non potuimus, quominus id Illustritati Ve-

strae significaremus illamque certiores faceremus fore nos quoque vicissim promptos ac paratos, si quo unquam eiusmodi casu et necessitate officium nostrum Illustritati Vestrae praestari poterit. Id est enim, quod et mutua nostra cum familia Illustritatis Vestrae necessitudo et studium hoc singulare ipsius erga nos requirere videtur.

Caeterum quoniam res ipsa ac necessitas bellica ita iam per nos est provisa, ut exercitum iustum et ex alio milite et minore multo stipendio confidere posse videamur, poterit Illustritas Vestra, si quas iam habet contractas militum copias, aut dimittere liberas, aut iis Principi alicui gratificari, qui hostis et adversarius noster non fuerit. Deinceps, si ita res tulerit, non recusabimus in hoc etiam genere uti opera et studio Illustritatis Vestrae. Nunc quidem et si eo uti necesse non habeamus, tamen voluntatem profecto Illustritatis Vestrae erga nos propensissimam plurimi, ut debemus, facimus. Quam ut nobis perpetuo Illustritas Vestra conservet, etiam atque etiam petimus. Reliqua ex Illustri Domino Ioanne Alberto Megapolensi Duce Illustritas Vestra intelliget. In quibus ut nobis solitum suum studium et benevolentiam Illustritas Vestra praestet, ab illa etiam atque etiam petimus. Quae bene valeat. Datum Vilnae, XXVII Maii etc.

*Annexum II:*

Exemplum literarum ad Illustrem Dominum Ioannem Albertum Ducem Megapolensem.<sup>a)</sup>

Illustris Princeps, Domine, Amice et Consanguinee noster Charissime. Certiores facti sumus ab Illustri Principe Domino Alberto Prussiae Duce, consobrino nostro charissimo, conventum Ordinum et Statuum Inferioris Saxoniae Brunsvigae ad diem Iunii tredecimum indictum esse. Et quoniam conventus ille frequentia eorum maxime, cum quibus nobis vel sanguinis necessitudo, vel vicinitas denique ipsa intercedit, celebrandus esset, spes nobis amplissima ab eodem Principe facta est, si quod paulo ante privatum per Internuncium nostrum cum plerisque Principum illorum tractavimus, id nunc per Illustratatem Vestram communiter cum omnibus agamus, auxiliaque illorum expectamus fore, ut omnia ab Ordinibus illis ex voluntate nostra consequamur.

Itaque cum perspectum habeamus Illustratatem Vestram, ob suam ipsius familiaeque suae dignitatem et merita, esse apud Ordines illos gratiosissimam, persuasi autem sumus vel maxime de ipsius Illustritatis Vestrae erga nos singulari studio et benevolentia, magnopere ab Illustritate Vestra petimus, ut ipsa istic curam eius negotii nostri suscipiat, et posteaquam Illustratibus eorum nostro nomine declaraverit gratissimum nobis proxime ab ipsis accidisse, quod edictis suis in sua quisque ditione transitum militum ex Germania ad adversarios nostros summa cum testificatione amoris sui erga nos prohibuerint, exponat Illustritas Vestra magnitudinem periculi, quod Livoniae primum, deinde post Livonię finitimis quoque regionibus videtur a Mosco et quibusdam aliis hostibus impendere, deinde exponat magnitudinem virium hostilium, qui in dies in perniciem Livoniae invalescunt, quae omnia Illustritati Vestrae maxime cognita esse arbitramur. Exponat denique magnitudinem sumptuum nostrorum, quos in provinciae eius defensione per sex totos annos fecimus. Hisque ita expositis, auxilia pro nobis ab Illustratibus eorum expetat, sive in milite praestare id nobis malint, sive in pecunia. Quibus quidem auxiliis exercitus noster ad depellendam Livoniae servitutem et

ad avertenda vicinarum aliarum regionum imminentia pericula possit confirmari.

Sic enim plane statuendum est in eiusmodi discrimine Livoniam provinciam hoc tempore versari, ut ex ipsius ruina, quod absit, magna ad finitimas alias regiones, atque adeo ad illas etiam Inferioris Saxoniae ditiones, calamitas perventura esse videatur. Nos quod attinet, qualecunque nobis auxilium ab Illustratibus eorum missum fuerit, eo contenti erimus. Sed quoniam Moscoviti belli ratio expeditum maxime et levis armaturae militem desiderat, mallemus sane, optio nobis si daretur, pecunia ad bellum id gerendum quam milite ab Illustratibus eorum adiuvari, quod illis quidem miles eiusmodi non facile suppeditat, a nobis autem, si modo pecunia adfuerit, nullo negocio et certe minori multo stipendio possit comparari.

Haec atque eiusmodi proponet in eo conventu Illustritas Vestra, adhibito ad omnia, si praesens tunc istic fuerit, Venerabili Alexandro Milenski, Abbe Tremesnensi, Nuncio nostro. Qui tamen si abfuerit, poterit Illustritas Vestra communi consilio cum Illustri Domino Erico Duce Brunsvicensi, si ita Illustrati Vestrae videbitur, ea agere, quae nos velle quaque ad salutem Livoniae et aliarum multarum christianarum provinciarum pertinere intelligit. Offeret autem vicissim Ordinibus illis ac Statibus Inferioris Saxoniae Illustritas Vestra nostro nomine omnem nostram facultatem ad omnes eiusmodi casus et necessitates Illustratum Suarum, si quando evenerit, ut nostris facultatibus Illustratas eorum opus habere videantur. Quae omnia nec dubitamus Illustratam Vestram nostra causa libenter suscepturam esse, et pollicemur ea nobis fore ab Illustritate Vestra gratissima. Quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XXVII Maii.

a) *alia manu.*

N. 882.

Vilnae, 31.V.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de congressu cum duce Caunae instituendo; de negotio societatis bellicae  
cum rege Daniae [Friderico II] contra regem Sueciae [Ericum XIV]  
ineundae.*

*Sigill. VII.*

(Annexa: 1) exempl. litt. ad regem Daniae, de eadem die, iam ed. in El. ad Font. Ed. IX, N. 17, sine schedula adiuncta, 2) instruc-  
tio pro legatis Polonis ad conventum Sundensem, 3) conditiones so-  
cietatis cum rege Daniae, quae continentur etiam in annexo Nr. 4,  
4) resolutio regis Poloniae ad articulos a rege Daniae propositos,  
iam ed. in El. ad Font. Ed. XXIV, N. 70)

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CXXIV (sine annexis).*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Scripsimus proxime ad Megapolensem<sup>1)</sup> et Brunsvicensem<sup>2)</sup> Duces de*

consilio et sententia Illustritatis Vestrae, quemadmodum ex ipsis literarum exemplis, quae ad illam misimus, Illustritas Vestra cognoscere potuit. Restare aliud non arbitramur, quam ut nos ad reliqua accingamus. In quibus quidem quod nobis non solum operam, sed etiam facultates suas defert Illustritas Vestra, nihil alienum facit a veteri suo erga nos studio et amore, quem iam pridem cognitum habemus et perspectum.

De congressu nostro cum Illustritate Vestra mutuo ita constituimus, ut Caunam ad eum diem, quo illic ad lustrandas Weieranas copias ipsi quoque aderimus, Illustritas Vestra se conferat. Qui quidem dies Illustritatem Vestram latere non poterit. Permittimus autem, ut Illustritas Vestra Magnificum etiam Mariemburgensem Palatinum eodem venire faciat, quandoquidem eius praesentia ad plerasque res videtur Illustritati Vestrae fore necessaria. Quem etiam ipsum ea de causa a legatione Danica liberum facimus, in eiusque locum facile alium substituturi sumus.

Postulamus autem ab Illustritate Vestra, ut quandoquidem consti-tuere tam repente non potuimus, quem in eius locum suffecturi simus, illud autem tempus, quod pridem conventui communium Commissario-rum Sundii praefixeramus, dies videlicet vigesima septima Iunii, id in proximo iam adesse videatur, Illustritas Vestra per celerem aliquem tabellarium mittat has nostras ad Serenissimum Daniae Regem literas, quibus quidem Serenitatem eius certiore facimus, ut ad diem demum duodecimam Iulii, si Serenitati eius videbitur, suos Sundii adesse iubeat, de communibus rebus et conditionibus propositis cum Commissariis nostris consultatueros. Ante id enim tempus Commissarii nostri, ob com-mutatum Magnificum Palatinum Pomeraniae, adesse non poterunt. Mit-timus etiam Illustritati Vestrae exemplum conditionum a Serenissimo Daniae Rege ad nos missarum, de quibus communes Commissarii inter se Sundii disceptaturi ac tractaturi sunt, nostro atque Serenitatis eius nomine, ad confirmandam societatem, quam Deo propitio instituere cum Serenitate eius decrevimus. De singulis conditionibus quid nobis videatur, postea ad Illustritatem Vestram perscribemus. Interim quod a nobis Illustritas Vestra postulat, denuo quoque militibus nostris in Livonia severe mandaturi sumus, ne quid committant, quod trimestrium istarum induciarum rationem labefactare possit. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, ultima die Maii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*

1) *Ioannes Albertus*

2) *Ericus*

#### *Schedula ad annexum I adiuncta:*

Cedula inclusa: Adfertur ad nos Serenitatem Vestram classem para-tam iam ac instructam habere, quae licentiam ac latrocinia in mari prohibeat. Quod propositum Serenitatis Vestrae cum nostri quoque quidam homines, praetereaque etiam subditi Illustris Domini Prussiae Ducis, consobrini nostri charissimi, imitari<sup>a)</sup> et pro facultatibus suis adiuvare instituerint, a Serenitate Vestra postulamus, ut voluntatem hanc et conatus illorum commendatos habeat, suaequaque ipsius classis Praefectis commendatos in primis reddat, ut eos non solum socios et amicos suos esse intelligent, sed ut etiam, si quibus in rebus praesidio suo indiguerint, deferre id ac praestare illis non dubitent. Erit id nobis

a Serenitate Vestra vehementer gratum pertinebitque ad auspicata initia societatis eius, quam cum Serenitate Vestra, Deo bene fortunante, propediem inituri sumus. Bene valere Serenitatem Vestram cupimus. Datum Vilnae ut supra.

a) imitari pro aliquo verbo expuncto indistincte suprascriptum.

*Annexum II:*

Instructio ad conventum Sundensem Nunciis et Commissariis Regiae Maiestatis.

Cum Nunciis et Commissarii nostri Sundium cum Commissariis et Nunciis Serenissimi Regis Daniae convenerint, nunciata illis gratia et benevolentia nostra, dicent, quod etsi a Sueciae Rege hoc tempore sollicitemur conditionibus non contemnendis ad inducias longiores secum constituendas, quae res afferre nobis posset aut spem transactionis aliquius honestae de Livonia, aut certe uberiorem temporis commoditatem ad bellicum apparatum instruendum, tamen cum earum iniuriarum magnitudinem recordamur, quibus per id tempus in Livonia ab ipso affecti sumus, cum denique et officium nostrum erga Livonię, provinciam foederatam, et studium Serenissimi Regis Daniae intuemur, promptum et paratum ad eius belli societatem nobiscum quam primum ineundam, cuius Serenitatem non paulo levioribus ab Rege Sueciae iniuriis affectam esse intelligimus, omnem cum Sueco longiorum induciarum cogitationem facile ex animo deponimus, cum Serenissimo autem Daniae Rege belli societatem inire constituimus.

Eius autem constituenda rationem hanc de sententia nostra proponent Nunci et Commissarii nostri. Ut nos quidem in Livonia, quo et accessus nobis exercitique nostro facilior est, et ubi maxime ab illo Rege tum nostra dignitas, tum foederatae provinciae nostrae incolumentas labefactata est, ipsum aggrediamur, Serenitas autem eius in ipso Sueciae Regno adoriatur ipsum, quo et aditum sibi facile potest Serenitas eius aperire hac ista classe ornatissima atque instructissima, de qua ad nos non incertis rumoribus est allatum, et dignitati nominis sui non mediocriter potest consulere, si hostem non in aliena terra carpserit, sed in ipsa illius propria atque paterna ditione afflixerit.

Nobis enim, qui equis solum et viris bellum gerere consuevimus, non admodum facilis in Sueciam, transmarinam provinciam, aditus patere potest cum exercitu, in Livonia autem tantas utique copias ad expugnanda Suedica praesidia posse videmur sine magno negocio adducere, quantis ibi ad rem bene gerendam opus<sup>a)</sup> esse arbitramur. Contra autem Serenissimo Daniae Regi in Sueciam quidem navigatio perfacilis est, in Livonię autem hoc quidem tempore, ut nos existimamus, minime necessaria, cum nos illic officio nostro non sumus defuturi.

Atque ea quidem nobis pulcherrima societatis eius ratio fore videatur, si animis quidem et consiliis communibus, provinciis autem ad eum modum inter nos partitis, bellum gestum et administratum fuerit.

Nam pecuniam quidem ad societatem eius belli conferre, sicut nobis hoc quidem tempore incommodum esse iudicamus, ita a Serenitate quoque eius nullam desideramus. Nobis enim et exhaustis diuturno iam Livonico bello, quod ad prohibendam per id tempus Moscorum vim a provincia illa suscepseramus, et nunc praeterea intentis atque occupatis in Magno nostro Lituaniae Ducatu bello Moscovitico, a quo hac etiam

aestate vacui fore non videmur, difficile praestare fuerit sumptum aliquem pecuniarium ad belli istius societatem ineundam. Serenitati autem eius necesse quoque non esse arbitramur aliquid pecuniae veluti contribuere ad eam constituendam. Satis erit, nostra quidem sententia, si et Serenitas eius, quantis maxime copiis existimaverit, Suecum in Suecia adorta fuerit, nobis autem propugnationem et defensionem Livoniae, quantis nos item maximis copiis existimaverimus, reliquerit. Ut ita Suecus duplici, Suedico atque Livonico, distentus bello facilius adduci possit ad transigendum cum utrisque nobis de illatis damnis et iniuriis per aequas et utroque nostrum dignas conditiones.

Ubi autem Nuncii et Commissarii nostri eiusmodi pacta societatis nostrae mutuae Serenissimi Regis Daniae Nunciis et Commissariis satis exposuerint atque adeo persuaserint, addent et illud, quod pactorum eiusmodi rationi consentaneum prorsus et consequens est, ut quicquid Serenissimus Daniae Rex belli iure in Suecia acquisierit, id totum per nos libere possideat et tanquam proprio utatur et fruatur, itemque nos ipsi, quicquid in Livonia ceperimus vel quacumque ratione consecuti fuerimus. id per Serenitatem eius libere possideamus et tanquam nostro proprio utamur et fruamur.

Interim autem promittent et spondebunt nostro nomine Commissarii nostri primum haec, quae proposita sunt, nos esse omnia bona fide praestaturos, deinde nullam nos privatim rationem transigendi cum Rege Sueciae inituros, aut societate belli cum Serenissimo Daniae Rege inita discessuros esse, nisi eodem tempore nobiscum et cum Serenissimo Daniae Rege eiusdem Regis Sueciae nomine transigatur. Vicissimque promissum et sponzionem a Commissariis Serenitatis eius exigent et postulabunt Serenitatem eius eadem omnia bona fide esse praestaturam, conditiones autem privatas nullas transactionis a Sueco acceptaturam, quibus transactio, quae nobiscum quoque fieri deberet, exclusa videtur. Eaque transactio ut non alia ratione ineatur, nisi de communi sensu et voluntate tam nostra quam Serenissimi Regis Daniae.

Haec est simplex et aperta sententia nostra de ratione universae societatis eius, quam ad commune bellum Sueco inferendum cum Serenissimo Daniae Rege inire decrevimus.

Sed quoniam a Serenitate eius capita praeterea nonnulla proposita sunt eius societatis, ad quae capita volent fortassis sibi Commissarii Serenitatis eius singillatim responderi, ita facient Nuncii nostri. Primum ostendent Commissariis Serenitatis eius ampliores societatis conditiones requiri non oportere, quandoquidem hae, quae propositae a nobis sunt, et utroque nostrum dignissimae existunt, et ad hostem ad aequas conditiones ex sententia nostra adducendum sufficiunt.

Quod si nihilominus a Commissariis Serenitatis eius postulatum fuerit, ut ad capita proposita aliquid tamen respondeatur, respondebunt Nuncii nostri ad eum modum, quem in alia charta, quae Resolutionis nomine inscripta est, praescribi iussimus. Videbunt autem, ut se ad rationem conditionum superius propositarum quam maxime in respondendo accommodent, nec ab ea, quantum maxime fieri poterit,<sup>b)</sup> temere discendant.

*In dorso:* Instructio Oratoris regii Sundium ablegati, exhibita Cau-  
nae, die 7 Iulii, anno etc. 63.

a) *in ms. opes*

b) *poterit in margine.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de magna pecuniae summa a rege Suetiae [Erico XIV] in Rastenburg  
deposita acquirenda subditis suis certis conditionibus facultatem con-  
cedit; de tormentis campestribus.*

*Sigill. VII.*

*(Annexum: universales de pecunia regis Sueciae captanda de 7.VI)  
H B A, B 1, K.317.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Grata est nobis opera et solicitude Illustritatis Vestrae, qua curare se dicit, ut non levis aliqua pecuniae summa nobis acquiratur. Sane cupimus Illustritatem Vestram studium hoc non deponere, sed, ut coepit, modis omnibus de ocmparando nobis belli nervo contendere. De Gedanensis consilium Illustritatis Vestrae placuit, et quemadmodum rebus in aliis consilio Illustritatis Vestrae libenter acquiescimus, ita et in eo quoque, quod censem Illustritas Vestra, facturi sumus. Et quantumvis in decreto Statuum Prussiae ex Comitiis Mariemburgensibus nihil de eo ad nos scribebatur, immo civitates Ordinesque omnes preclare se nobis exhibuisse ferebatur, tamen cum ita faciendum esse Illustritati Vestrae videatur, mittimus hoc ipso etiam tempore ad Magnificum Palatinum Mariemburgensem<sup>1)</sup> instructionem, consilio Illustritatis Vestrae nulla re dissimilem. Cui hoc quoque adiecimus, ut, quamvis non prorsus satisfaciat illud apud Ioannem a Werden, tamen aliquam etiam de eo curam adhibeat.

Quod tormenta campestria attinet, priusquam ab Illustritate Vestra postularemus, iam ab Illustri Curlandiae Princepe<sup>2)</sup> intellexeramus ipsum eo in genere nil nobis commodi posse adferre. Sed ne Gedanenses quidem hoc tormentorum genere sunt instructi. Quare cupimus iterum Illustritatem Vestram ea in re nobis non deesse.

Quae de conventu Brunsvicensi Illustritas Vestra monuit, iam dudum curari iussimus. Indicat nobis Ernestus Waier Regem Suetiae centum millia tallerorum in Rastenbergk deposita habere, et spem aliquam acquirendae huius pecuniae ostendit. Iussimus, ut communicato cum Illustritate Vestra consilio hac de re statuat, et si ita Illustritati Vestrae, consilio hac de re statuat, et si ita Illustritati Vestrae, ut ipse nobis retulit, negocium habere videbitur, per nos omnibus subditis nostris hoc tentare licebit, immo si recte cedat, quartam praedae partem militi donamus, quod idem literis manu nostra subscriptis profitemur easque literas ad Illustritatem Vestram mittimus, ut, si ita Illustritati Vestrae probabitur, vel Wayero, vel cui magis videbitur, eas exhibeat.

Caeterum de acquirenda pecunia iterum atque iterum Illustritatem Vestram cupimus esse sollicitam, ut eius bona aliqua pars in manus nostras quam citissime perveniat, nam miles iam est in procinctu et

Caunae magna eius pars esse dicitur, cui cum primum venerit, non mediocris summa erit numeranda. Sane si Illustritas Vestra opera sua id nobis confecerit, rem nobis faciet longe gratissimam.

Cupimus quoque Illustritatem Vestram Caunam ad conscribendum sive recensendum exercitum duos ex suis mittere, praecipue vero Henricum Parkomor et Wolfgangum Krencz. Dies, qua ibi omnes Waierani adfuturi sunt, Illustritatem Vestram latere non poterit. Nos quoque ibi cum Illustritate Vestra congredi atque colloqui magnopere cupimus atque omnino desideramus, ut ad id tempus Illustritas Vestra Caunam se ad nos recipiat. Quam bene feliciterque valere cupimus. Datum Vilnae, die VIII Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscipsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Achatius Czema*

2) *Gottardus Kettler*

*Annexum:*

Sigismundus Augustus etc.

Universis et singulis, Magnificis, Generosis, Nobilibus, et cuiuscunque status ac conditionis subditis nostris, gratiam nostram regiam.

Delatum est ad nos Suetiae Regem deposita habere in Rastenberck centum millia talerorum, aut etiam longe plus. Et cum hic ipse Suetiae Rex hostiliter nostra, ubi potest, invadat, integrum acquirendae huius praedictae pecuniae facultatem subditis nostris concedimus, ita tamen, ut eam citra impensas nostras consequantur. Ne vero gratis operam se in eo posituros existiment, quartam partem praedae militi sive iis, quorum opera quidpiam acquisitum fuerit, damus atque concedimus, reliquum vero fisco nostro regio assignari volumus. In quorum fidem manu nostra subscrispsimus et sigillo nostro muniri curavimus. Datum Vilnae, VII Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscipsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*N. 884.*

*Hafniae, 10.VI.1563.*

*Fridericus II rex Daniae  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
de sua ad bellum Sueticum accessione.*

*(Exemplar)*

*HBA, B 1, K.317.*

*(Iam ed. in: El. ad Font. Ed. XXIV, N. 55, in archivio positum una  
cum scripto de die 31.V.1562, N. 882)*

Vilnae, 13.VI.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de congressu suo cum duce Caunae differendo; de milite Germanico  
a duce Brunsvicensi sibi oblato, a se non desiderato.  
(Cum adiuncta schedula)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CXXXXII (sine schedula)*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Rationes itinerum Illustritatis Vestrae cognovimus, quibus se Caunam ad XXII eius mensis diem venturum esse scribit simulque de adventu et Magnifici Pomeraniae<sup>1)</sup> Palatini et copiarum Veieranarum significat. Quoniam autem nos negotiis Comitiorum Lituanicorum occupatores et a pecunia imparatores sumus, quam ut ad id tempus Caunae esse possimus, continebit se adhuc Illustritas Vestra domi sua diutius iterque suum ita instituet, ut Caunae ad primam demum diem Iulii esse possit. Ad quem ipsum diem nos quoque eo venturos esse arbitramur, finitis Comitiis Lituanicis et nacta alicunde pecunia, si forte spes ipsius, quae ostenditur, exitum suum fuerit consecuta. Interim ab Illustritate Vestra postulamus, ut ipsa nobis mutuum det, quo iis saltem necessitatibus prospicere per tempus possimus, quae pati moram posse non videntur. Fecerit nobis Illustritas Vestra rem gratissimam. Admodum autem Veierum quoque per literas Illustritas Vestra, ne suum adventum cum copiis praecipitet, sed ita rationes itinerum suorum moderetur, ut ad extrellum<sup>a)</sup> Iunii Caunae cum copiis praesto esse possit.

Accepimus quoque hodie literas ab Illustri Domino Erico Duce Brunsvicensi, quibus perscribit se ad nos venire copiasque militum adducere, stipendum autem poscere, ad se ut mittatur, militi distribuendum. Qua de re etsi Illustritati Vestrae multo ante scripseramus, nos in eo quidem opera Ducis Erici hoc tempore non indigere, ad ipsumque illum etiam literas nostras dederamus, quibus illum de eodem animo nostro certiorem faciebamus, tamen quoniam is exercitum tamen<sup>z)</sup> adducit, cui stipendum numerari postulat, volumus, ut Illustritas Vestra ad eum scribat primo quoque tempore eumque certiorem iterum atque iterum faciat nos interea exercitu eo minime indigere, quem Illustritas eius se ad nos scribit adducere. Voluntatem hanc quidem certe Illustritatis ipsius et studium erga nos non solum in optimam partem interpretari, sed etiam gratissimo prorsus animo accipere. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, die XIII Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIV.

<sup>b)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>c)</sup>

a) verbum: extrellum pro alio expuncto 1) Fabianus Czema.  
eodem loco scriptum.

b)-c) manu propria.

z) sic in ms.

*Schedula adiuncta:*

Scripsimus Illustrati Vestrae in literis de Duce Erico Illustri id, quod tum nobis ex re nostra esse videbatur. Verum quoniam veremur, ne inde secus de nostro erga se animo existimet Illustritas eius consilium Illustratatis Vestrae exquirimus, quid nobis in ea re faciendum existimet. Nos enim si a pecunia paratiiores essemus, non committeremus omnino, quominus studium<sup>z)</sup> hoc Illustratatis eius erga nos uti quam primum videamur. Itaque quod sit de eo Illustratatis Vestrae consilium, nobis celerrime perscribat. Vilnae, XIIII die Iunii.

z) sic in ms.

N. 886.

Vilnae, 23.VI.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de milite conscribendo et (in postscripta schedula) de duce Brunsvi-  
censi [Erico].*

*Sigill. VIIa.*

*(Cum schedula adiuncta)*

*H B A, B 1, K.317.*

*Iam ed.: Menkenius, N. CL (sine schedula)*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Amice ac Consobrine Charissime.*

Significatur nobis Cauna exercitum, cuius gratia iter eo institueramus, brevi temporis spatio recenseri non posse futurumque hunc in conscribendo milite complurium dierum labore. Quare cum nos hic assidue multis gravissimisque negotiis distrahamur, neque Ducatus nostri Lituanici Comicia hucusque sint finita, molestum esset tot dierum iacturam in eo subire. Iccirco cupimus Illustratatem Vestram Covnam, quod et antea velle nos indicavimus, tempestive ad conscribendos milites alegare, praecipue vero Andream Parkomer et Volfium Krenicz, ut cum exercitus recensebitur adsint, et non nisi idoneos conscribi permittant, ita ut deinde nos ad lustrandum saltem exercitum hinc excurrere eique videndo non plus quam biduum possimus impendere. De hospiciis extra urbem equiti distribuendis et de commeatu ipso diligenter praefectis earum rerum mandabimus, ne quid inde partim subditi nostri, partim miles etiam ipse incommodi patiatur. De oblata mutua pecunia pergratum est nobis studium Illustratatis Vestrae. Qua in re quidem non deerit officium nostrum, ut quam maxime de ea Illustratati Vestrae nostro nomine caveatur. Cupimus Illustratatem Vestram bene valere. Datum Vilnae, die XXIII mensis Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni nostro XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

*Schedula adiuncta:*

Quod ad nos de Duce Brunsvicensi Illustratas Vestra ad XX eius mensis scribit, id ne nobis quidem ipsis sine magna admiratione accedit, siquidem res ita habet, uti dicitur. Sed quoniam propter familiae ipsius

iam pridem nobiscum constitutam necessitudinem nihil adhuc sinistri possumus suspicari, inducere quoque in animum non possumus, ut ad ea remedia hoc adhuc tempore decurramus, quae ab Illustritate Vestra in literis proponuntur. Quae et sine motu terrarum nostrarum esse non possent et occasionem variarum suspicionum paeberent, quas suspiciones, sine causa praesertim, incurrere consultum esse non arbitramur. Itaque hortamur Illustritatem Vestram, ut diligentius interim in eam incumbat omniaque observet ac observari a suis faciat, quae aut ad investigandum eius facti consilium, aut ad exquirenda ea, quae deinceps fuerint subsecuta, pertinebunt. Quae ut primum ex Illustritate Vestra cognoverimus, officio nostro defuturi non sumus.

N. 887.

s.l., s.d. 1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Christophoro duci Megapolensi  
sententiam ducis in negotio successionis archiepiscopatus Rigensis post  
mortem Gulielmi Brandenburgensis sine mora cognoscere requirit.  
(Conceptum)  
H B A, B 1, K.317.*

*Sigismundus Augustus etc.*

Reverende et Illustris Princeps, Affinis noster<sup>a)</sup> Preclare.

Intelleximus ex Internuncio nostro, quem non ita pridem in Livoniam ablegaveramus, quid Illustritas Vestra responsi dederit ad amicam et clementem nostram admonitionem ac postulata perquam aequissima,<sup>b)</sup> per ipsum Oratorem nostro nomine facta.<sup>c)</sup> Nimirum quod Illustritas Vestra<sup>b)</sup> voluntati nostrae honeste obsequi nunc non possit, sed<sup>c)</sup> tempus sibi concedi petit, quo tam cognatos suos quam ipsam quoque Caesaream Romanorum Maiestatem,<sup>1)</sup> quid sibi in re tanti momenti faciendum sit, consulat. Quo quidem responso cum nobis minime satisfactum sit, duximus Illustritatem Vestram denuo his literis nostris requirendam et ab eadem amice postulandum, ut se amplius et quidem disertis verbis,<sup>b)</sup> citra ullam procrastinationem aut moram,<sup>c)</sup> declaret,<sup>d)</sup> an tractatibus, de quibus cum Reverendissimo olim<sup>a)</sup> Domino Archiepiscopo<sup>b)</sup> piae memoriae<sup>c)</sup> et tota Arcchidiocesi<sup>z)</sup> Rigensi convenimus,<sup>e)</sup> subscribere et in acceptanda Archiepiscopatus administratione praedecessoris sui vestigiis insistere velit, nobisque sententiam<sup>f)</sup> suam primo quoque tempore cum praesenti nostro veredario perscribat.

Ut<sup>g)</sup> quam ad partem Illustritas Vestra declinet et quid nobis de ipsa sperandum sit, certo cognoscamus. Nam ut nos diutius in dubio<sup>h)</sup> suspensos teneri interimque subditos nostros in Livonia sub specie amicitiae misere affligi patiamur, nec quid tandem de Illustritate Vestra statuere aut certo nobis polliceri debeamus, exploratum habere queamus,<sup>c)</sup> illud quidem<sup>i)</sup> nec nobis integrum,<sup>j)</sup> nec miserae provinciae Livoniae salutare esse arbitramur.

Quare postulamus ab Illustritate Vestra certum, definitum et minime ambiguum in hac re responsum, ut quid factura sit, certo et indubitanter scire et consilia nostra iuxta illud<sup>k)</sup> moderari et dirigere

possimus. Quod si Illustritas Vestra vel in dubio atque dilatorio responso,<sup>1)</sup> quemadmodum<sup>m)</sup> hactenus fecit, persistere, vel nullo etiam responso dato nos incertos relinquere constituerit, nos, quod externae rationes nostrae postulaverint quodque ex usu et necessitate, tam nostra quam totius<sup>n)</sup> Livoniae fuerit, e vestigio suscipiemus. Qua de re ne quid<sup>o)</sup> praecipitanter fecisse videamur, Illustritatem Vestrā, ultra<sup>p)</sup> priores aequissimas et benevolentissimas<sup>q)</sup> adhortationes nostras, hisce potremis literis nostris praemonitam esse voluimus.

*Textus praeceditur hoc titulo: Exemplum literarum Regis Poloniae ad Ducem Christophorum Megapolensem etc. 1563.*

- a) *verbum suprascriptum.*  
b)-c) *in margine.*  
d) *sequitur aliquod verbum expunctum.*  
e) *convenimus suprascriptum pro expuncto:*  
    *transegimus*  
f) *in ms. sentententiam*  
g) *sequitur verbum expunctum.*  
h) *sequuntur tria verba expuncta.*  
i) *verba:* illud quidem *suprascripta.*  
j) *sequitur verbum expunctum:* est
- k) *verba:* iuxta illud *suprascripta pro expuncto:* inde  
l) *sequuntur verba expuncta:* persistere vel  
m) *in ms. quemad*  
n) *sequitur expunctum:* Arch  
o) *sequitur verbum expunctum:* incogitanter  
p) *verbum:* ultra *suprascriptum pro expuncto:*  
    *praemonitam*  
q) *sequuntur verba expuncta:* monita nostra  
l) *Ferdinandus I*

N. 888.

Vilnae, 11.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*  
*Alberto in Prussia duci*  
*de pecunia et de aerarii angustiis; de praesidiis Sueticis ex Livonia*  
*abductis; de postis seu "podwodis".*  
*Sigill. VIIa.*  
*H B A, B 1, K.318.*  
*Iam ed.: Menckenius, N. CLVIII.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Pecuniam, quae ex Prussia istuc allata est, eam nos huc Vilnam deferri ante aliquanto iusseramus, quam nobis literae Illustritatis Vestræ redderentur existimamusque eam istinc iam asportatam esse. Itaque si quid forte ad sumptus militares interea desideratum fuerit, ultra eam pecuniam, quam Illustritas Vestra secum attulerat, dabit operam Illustritas Vestra cum Magnifico Marienburgensi Palatino,<sup>1)</sup> ut id aliunde sacciatur per Illustritatem Vestrā et Sinceritatem eius. Nobis enim profecto ad alia item non minus necessaria onera sustinenda pecunia haec in primis accomodata erit, in ista praesertim angustia aerarii nostri, et tot sumptibus, quot nobis propositos hoc tempore esse Illustritas Vestra non ignorat.

Quod Campiductorem ipsum attinet, ei curabimus de hac pecunia aliquid numerari, quod interim sine nostro incommodo esse poterit.

Svedica praesidia ex Livonia abducta esse nos quoque ipsi audi-  
vimus. Quam ob rem daturi operam sumus, ut ne ea occasione rerum  
gerendarum abutamur. De postis seu podvodis, mandaveramus iam  
pridem diligenter. Sed quoniam in iis constituendis maiorem diligentiam  
ab Illustritate Vestra desiderari intelligimus, mandabimus iterum dilig-  
tius, ut omnia recte prorsus et accurate in hoc genere constituantur.  
Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die XI Iulii,  
anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Achatius Czema*

N. 889.

*Radomiae, 12.VII.1563.*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro malis medicis (« Pomeranzen ») sibi missis gratias agit; se bene valere  
nuntiat.  
(Germanice)  
Sigill. XIII.  
H B A, B 1, K.318.*

N. 890.

*Vilnae, 20.VII.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
ut Michaeli Figenau sociisque eius libera concedatur facultas interceptas  
naves Sueticas vendendi libereque iis disponendi.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine Consobrini noster Charissime.*

Relatum nobis est nomine Famati Michaelis Figenau, servitoris  
nostris, ipsum non ita pridem una cum sociis ac consortibus suis navim  
quandam Schwedicam omnis generis mercibus onustam, vulgoque Abra-  
ham dictam, in mari exuperasse inque potestatem suam redegisse, ac  
consequenter pro commodiore exoneratione illius in portum Illustratatis  
Vestrae deduxisse. Contigisse autem, quod eodem tempore alia quoque  
navis Suedica in eundem portum Illustratatis Vestrae appulerit, quam  
Michael Figenau sociive illius ibidem nomine nostro arrestarunt ac  
detinuerunt. Verum cum saepedictus Michael sociique illius vereantur,  
ne Illustritas Vestra praeter scitum ac voluntatem nostram navium  
illarum distractionem non sit permissura, supplicatum nobis est, ut in  
eo casu autoritate nostra clementer eis subveniremus.

Nos, considerantes iure gentium quoque occupantibus illa deberi, quae ab hostibus capiuntur, tum ut alii quoque hoc exemplo admoniti a prohibita navigatione sese temperent, ideo utramque praefatam navim Michaeli Figenau illiusque sociis adiudicavimus atque donavimus cum omnibus rebus in eis contentis, liberam illis facultatem concedentes naves illas resque omnes illarum vendendi, alienandi et pro arbitrio libituque suo de illis disponendi ac constituendi.

Quare Illustritatem Vestram etiam atque etiam hortamur, ut non solum Michaeli Figenau eiusque sociis navium praefatarum ac mertium seu 1erum omnium in eis contentarum distractionem dispositionemque liberam concedat, nullis obstantibus quibuscumque impedimentis, verum etiam si easdem vel alias quoque naves ibidem contra hostes nostros armare rebusque necessariis instruere voluerit, ut id illi omnino liberum sit, permittatur, nec a quoquam remoretur impediaturque. Et in hac praerogativa nostra ab Illustritate Vestra conservetur ac tueatur. In eo faciet Illustritas Vestra rem Sua Illustritate dignissimam nobisque mera clementia vicissim referandam, eandem divinae protectioni diutissime in columem committens.<sup>2)</sup> Datum Vilnae, die XX mensis Iulii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

N. 891.

Vilnae, 23.VII.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de captivis cum Moscho commutandis; de praediis in Livonia extraneis  
hominibus non cedendis; de stipendiis militibus persolvendis; de  
navibus Suedicis interceptis, et de aliis.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.318.

Iam ed.: Menkenius, N. CLXIII.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Quod nobis Illustritas Vestra Henrichum Volkersan commendat, ut illi ad redimendos a Moscis duos patruelis duobus item captivis Moscis dimittendis gratificaremur, id ad postulata Illustritatis Vestrae facturi sumus perlibenter, quod genus gratiae et clementiae nostrae ne caeteris quidem illis valde negaturi sumus, quos nobis Illustritas Vestra in hoc genere nominat. Quod autem praedium attinet in Livonia Henricho ipsi concedendum, intelligit ipsa Illustritas Vestra ne nobis quidem adhuc ipsis tantum esse praediorum in Livonia, ut ea ad arces tantum ipsas sustentandas sufficere posse videantur. Sed tamen, si quid etiam in hoc genere Illustrati Vestrae pro Henricho laboranti gratificari poterimus, postea videbimus.

Pacta conventa cum Alexandro Ruskowski de stipendio confirmari iussimus eaque Illustritati Vestrae missuri sumus. De Gasparo Aldenbogio vellemus etiam, id quod Illustritas Vestra postulat, ut opera

ipsius in hoc bello, praesertim cum, ut scribit Illustritas Vestra, exercitatem equitum turmam et regionum illarum peritam habeat, uti possimus. Sed intelligit nimirum Illustritas Vestra attenuatum esse hoc tempore fiscum nostrum, nec facile accessiones ulla sumptuum et impensarum novarum pati posse. Adhuc tamen de eo quoque videbimus.

Quae ad nos Illustritas Vestra de Erici Ducis proposito deque Daniae et Sueciae Regum<sup>1)</sup> consilio ex rumore hominum perscribit, cognovimus. Postulamus autem ab Illustritate Vestra, ut porro ad eiusmodi rumores diligenter attendat et nos per omnem occasionem de omnibus certiores faciat. Interim autem det operam, ne ipsa ad subitos aliquos motus aut impetus excipiendo prorsus imparata esse videatur. De navibus Suedicis quid consilii nostri sit, iam pridem arbitramur Illustritatem Vestram cognovisse. Cum enim ex sententia etiam Illustratis Vestrae ad impediendam libertatem Suedicarum navigationis provisa a nobis sint omnia et constituta, mandata etiam in hoc genere ad plerosque ex subdiis nostris data, non videmus sane, quemadmodum ea, quae Suedis hoc tempore intercepta sunt, dimitti ac restituiri possint. An vero, cum Suedi nobis Livonicas arces per summam licentiam interceptare non dubitant, nos navicularum illorum retinere in portibus nostris verebimur? Nam quod eae, quae proxime interceptae sunt, Nuncii naves esse ad nos a Sueciae Rege missi dicuntur, id aliter ad nos allatum est.

Neque enim literis aut impedimentis ullis naves ipsae onustae esse dicuntur, sed mercibus et omnino rebus ad negociationem pertinentibus. Itaque rebus ad eum modum se habentibus, non existimamus nobis hoc tempore ab iis, quae pridem ex sententia Illustratatis Vestrae per nos de impedienda Suedica navigatione constituta sunt, esse discedendum.

Fridewaldus hic fuisse dicitur in negotiis quibusdam suis. Fieri etiam potest, ut contra Magistratum Elbingensem aliquid agere voluerit. Sed cum nobis privatorum querelis exaudiendis vacare non licuerit, cum omnes ad nostrum in Polonię redditum prolatas fuisse audivisset, fertur hinc discessisse. Illustritas Vestra, quod nos monet, ut in delectu et illustratione Germanicarum copiarum diligentiam Ducis Curlandiae<sup>2)</sup> per literas nostras excitemus, ita plane facturi sumus, quemadmodum velle Illustratatem Vestram intelligimus. Quae bene valeat. Datum Vilnae, die XXIII Iulii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

1) Fridericus II et Ericus XIV

2) Gottardus Kettler

N. 892.

Vilnae, 23.VII.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
universis

de summa 20000 thalerorum duci Alberto debita.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

(Adest exemplar. Hic in archivo iacet, prout annexum, exemplar litterarum Sigismundi Augusti ad Ioannem Kostka, thesaurarium terrarum Prussiae, ex Parczów, 14.VIII.1564 datarum.)

H B A, B 1, K.318.

Vilnae, 23.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae**Alberto in Prussia duci*

*paratum se esse significat ad mediationem in negotio matrimoniali Got-  
tardi Kettler, ducis Curlandiae, scire tamen vult, quid sibi hac in re  
faciendum sit.*

*Sigill. IX.**H B A, B 1, K.318.**Sigmundt August etc.*

Hochgeborner furst, freundlicher lieber herr ohem und schwoger. Wir haben auss Eur Liebden schreiben alle meynung, so sie uns der verehung halben des erleuchtigen fursten, hern Gottardt Kötlers,<sup>z)</sup> geschrieben haben, zu genuegen vernommen und nemen solches an in sonderem gefallen. Dieweil wir nicht anderst, dan alleine von gott dem allmechtigen solche gaben herkommnen und den heiligen ehestandt von im eingesetzt, auch mit seinem heyligen worth beschtetiget erkennen mussen, und wie wir seiner liebden dem fursten zu Churlandt in fill gresserem (dis Eur Liebden woll bewust und dasselb vor augen ist) alles guttes allwegen gegonnet haben, also wollen wir uns auch seiner liebden zu diesem heyligen und von got eingesatztem furnemmen mit hilf und furdernuss, do es darzu khombt, gern gnedig und freundlich erzigen. Das aber Eur Liebden begeren, wir seine liebden zu dieser heiligen ehe halten und vermanen sollen, demselben wollen wir, sowoll auf der underthonen bit und begeren, als auch auf diese Eur Liebden vorschrift und anlangen wie in allem anderem, so auch in diesem hertzlich gern nochkhommen. Allein dieselbe wölle uns ercleren und anzeigen, mit was wege und geschtalt dasselbig geschehen und mit was meinungen ins werckh zu bringen sey, auf das wir unss nach demselben richten und halten. An uns soll es nichts mangeln, das demselben Eur Liebden begeren von uns ein genuegen geschehe. Wöllen hiermit Eur Liebden sambt allen den iren in den schutz des allmechtigen empfolhen haben. Derselb wölle sie in langwiriger gesondheit und gluckhlicher wollfart erhalten. Datum zu der Willde, den 23 ten July im jar gottes 1563, unseres reichs des 34 ten jares.

\*) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>a)-b) *manu propria.*z) *sic in ms.*

Vilnae, 26.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae**Alberto in Prussia duci**de pecunia ducis nomine perlata.**Sigill. VIIa.**H B A, B 1, K.318.**Sigismundus Augustus etc.**Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.**De pecunia a Verdeno iam pridem ad nos per literas Illustritatis*

Vestrae et per Reverendum Vicecancellarium<sup>1)</sup> nostrum Causiae, Illustritatis Vestrae nomine, perlatum fuit. Sed tamen nunc quoque diligentia Illustritatis Vestrae in rebus nostris est nobis gratissima. Negocium ipsam iam pridem commissum est iis, quibus committi debuit. Regesta monstracionum militarium, quae mittere se ad nos scribit Illustritas Vestra, ea habuimus officiumque Illustritatis Vestrae grato accipimus animo. Quam optamus bene valere. Datum Vilnae, die XXVI Iulii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrapsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) Petrus Myszkowski.

N. 895.

Vilnae, 27.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*fratrem Lucae Górnicki, Paulum, commendat, ut dux ipsum numero servitorum filii sui adscribere velit, quo simul litteras et mores discere possit.*

*Vest. sigill.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Amice ac Consobrine Charissime.*

Multorum ad nos sermonibus perfertur Illustritatem Vestram pclare ac sapienter Illustrum filium suum educandum curare. Quae res hominibus nostris mittendorum ad Illustritatem Vestram filiorum suorum, tanquam ad emporium nobilissimarum artium, cupiditatem non mediocrem excitavit. Sed et Lucas Gorniczki, bibliotcae nostrarae Praefectus, summis a nobis praecibus contendit, ut fratrem hunc suum Nobilem Paulum Gorniczki, puerum non infoelici ingenio et honestis moribus praeditum, Illustritati Vestrae commendaremus. Cuius sane praecibus, quod et honestissimae essent et ab eo profectae, qui fidem nobis suam atque industriam iam pluribus annis egregie probavit, cum satis recte deesse non possemus, hunc ipsum Paulum, fratrem suum, Illustrati Vestrae commendandum duximus, cupientes, ut Illustritas Vestra adscribere eum velit numero puerorum, qui Illustri filio Illustritatis Vestrae sunt a servitiis Illustritatemque Suam, discendo et ipsi, ad maius literarum desiderium excitant. Ita ut hic noster puer in tempore et Principibus servire discat et una gustum quoque aliquem literarum hauriat. Facturi nos vicissim, quidquid Illustritati Vestrae gratum futurum intellexerimus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, XXVII Iulii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrapsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 896.

Vilnae, 27.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de navibus Sueticis a Stanislao Wąsowicz sociisque eius interceptis, ut  
ipsis facultas concedatur iisdem navibus libere disponendi.  
(Textus identicus ac in N. 890, de eadem nave Abraham tractans, no-  
mini tantum Michaelis Figenau nomine Stanislai Wąsowicz substituto).*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

N. 897.

Vilnae, 28.VII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro studio ducis in pecunia sibi reperienda gratias agit rogatque, ubi et  
quando ea obtineri possit.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.318.*

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber her öhm und schwoger.

Wir haben in sonderem gefallen vernommen diesen grossen fleis und geneigten willen, welchen Eur Liebden im aufbringen einer somma gelts von unsertwegen furwenden. Bedanckhen uns auch freundlich des mitgetheilten raths von der schrift wegen, wollen schon dorinnen auf die vorgegeben geschtalt und wege weiter mit inen handeln lassen. Begeeren aber nichts desto weniger, Eur Liebden wollen ferner in denselbigen sachen und hendeln iren besten fleis anwenden, auf das uns und dieser gegenwertigen not mechte gerathen und geholfen werden, und unss mit erster gelegenheit anzeigen, in was geschtalt und an welchen orthen sich Eur Liebden umb das geldt bemuehen und wie baldt wir dassell von Eur Liebden behkommen mögen, das wir uns darnach wissen zu richten. Diss seit wir hinwiderumb in sonderlichem gefallen und gutten willen gegen derselben und den iren erkennen urbietig und geneigt. Befehlen hiemit Eur Liebden sambt allen den iren in den schutz des allmechtigen. Datum zu der Willde, den 28 ten tag July im jar gottes 1563, unseres reichs des 34 ten jares.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

Radomiae, 29.VII.[1563].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

iterum de Paulo Docher Scalichio; petit alces sibi mittendos.

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.318.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzenlieber her und vatter,  
Eur Liebden sein mein fruenlich grus, auch als lieb undt guettes zuvor.

Ich hab Eur Liebden 3 schreiben enfangen, daraus gnuessam verstanden  
Eur Liebden so hohe enschedigen, das mier Eur Liebden auf meine etlich schreiben nit von stund an geanwurt hab. Pin mir solher  
Eur Liebden enschuldigung ganz wol zufrieden und pit Eur Liebden, mich auch fruenlich enschuldiget hab, das ich pisher nit anwurt<sup>a)</sup> hab; ist warlich aus keiner ursach peschech, als das ich gewist, Eur Liebden itzumal nit in den lant gewesen.<sup>b)</sup> Weil ich aber weis, Eur Liebden nun zumal wieder in den lant sein werden, hab ich solhe mein anwurt nit lenger wollen aufhaldnen.

Erstlich hab ich mit sunder freyden aus<sup>c)</sup> Eur Liebden schreyben derselben gesundtheyt verstanden. Got der her wel Eur Liebden lang darin erhalden, mier zu sunder freyden. Wieder wis Eur Liebden mich auch von gnaden Gottes in guetten gesundt - Got sey gelob.

Weider hab ich aus Eur Liebden 2<sup>d)</sup> schreyben nach leng gnuessamb verstanden, als was mier Eur Liebden zu anwurt auf mein schreiben geben haben ins Paulus Dochor handel, welches ich Eur Liebden auf kurzest wieder anwurtden wil, als vil die notturft erfaderet:

Erstlich due ich mich ganz fruenlich gegen Eur Liebden pedanck, das Eur Liebden mein trueherzig warnung undt auch pericht mit allen guetten und in fruenschaft von mier hat angenumen, weil dan salhes von mier nit anderst als aus waren truen her ist geflossen. Wiewol ich gnuessamb aus Eur Liebden schreyben<sup>e)</sup> verstanten, das Eur Liebden noch vorigen mainung von diessen mensch ist, wie er sich ausgib, hat ich wol winssen wollen, das Eur Liebden diessen pericht von keyserlichen majestet und kunglichen majestet gruntlich nachdencken wolt und denselben merer glauben als in geben. Das Eur Liebden aber meinen, Eur Liebden glauben gewislich mer der conformazion, so er aus<sup>f)</sup> der ungerischen canzley hat ausprach, auch syn prief, den er von der stat pekumen hat, so er gebaren, dunck mich. Aber weil sein keyserliche majestet selbt pekenen, das salhes mit lugen und petrueg aus ist geprach wardn, der prief von seiner stat ist<sup>g)</sup> villeich mit<sup>h)</sup> gleichen fal ausprach, wiewol ich von selhes sein prief pisher kein wissenschaft hab. Derhalben ich festich auf keyserlichen majestet pericht grunte, den ein listig<sup>i)</sup> mensch oft mit ungmutlichen viergeben sundtlich in kanzleyen etbes auspringt, das man darnach mit der zeit wel erfart. Also halt ich gewislich, mit diessen auch mues zu sein gangen, dan ich ken ia keyserliche majestet und kungliche majestet dermassen stanhaft in alle ier handelen undt sahen, das si sich nit gleich ein ieden vint vieren lassen. Das solt Eur Liebden gewislich glauben. Hat sein sahen grunt, sein majestet wurt nit darwieder mit sein keyserlich<sup>j)</sup> hantgeschriefft undt wart zuegnus geben,

dan ich sein keyserliche majestet dermassen ken, er sich nit leich in solhes zu zuegen<sup>k)</sup> einlast, was er nit mit guetten grunt dardein kan. So ist auch der vernunft und aller erfarenheit anlich, das sein majestet als des Paulus lanther, der under sein<sup>l)</sup> gnaten gesehen, zu Past kan erfragt haben von sein gepurt undt herkumen und pas<sup>m)</sup> als niemant ander pescheyt darum wissen solt.

Was aber pelangen mein getruen diener Kunhein, das Eur Liebden in zu teil veribel haben, das er solhes an mich gelangen lassen, solt Eur Liebden gewis von mier wissen, mag<sup>n)</sup> es auch mit Got pezuegen undt auch etlich meinen dienen,<sup>p)</sup> das ich solhes schan ee in sin hab gehabt, Eur Liebden zu pesten<sup>q)</sup> Eur Liebden zuzesicken, alspalt ich nur gehort hab, das er in<sup>r)</sup> solhen hochen ansehen pey Eur Liebden ist. Pit derhalben Eur Liebden ganz fruenlich, wellen derhalben kein ungnatten auf mein diener nemen, dan das mag ich in zuegnus geben, was er in den fal dan hat, warlich<sup>s)</sup> aus kein argen oder<sup>t)</sup> Eur Liebden zuwieder, sundt nur<sup>u)</sup> zu sein enschuldigung und Eur Liebden und derselben landen zu pesten. Das megen Eur Liebden gewislich glauben, den ich spur und merck so vil in allen dein an in, das Eur Liebden ein truen diener und underdan an in hat, der nit anderst als in allen truen gegen Eur Liebden und derselben lant undt leiden maint. Darauf megen sich Eur Liebden gewislich verlassen.

Eur Liebden piten mich auch, Eur Liebden wie pisher pey keyserliche<sup>v)</sup> majestet in allen gnatten zu pefurderen. Darauf solt sich Eur Liebden ganzlich verlassen in allen, den ich Eur Liebden pey sein keyserliche majestet in allen guetten pefurderen kan, das ich solhes wie pisher als ein trueherzige tochter von herzen geren dein wil. Darauf megen sich Eur Liebden verlassen.

Was aber pelang, das Eur Liebden mich pit, auch raden,<sup>w)</sup> das ich den Paulus pey keyserlichen<sup>z)</sup> majestet pefurderen solt: ich<sup>y)</sup> hab solhes lengst dan; hab in derhalben viergeschrieff geben, ee ich um sein dein gewist hab. Hat er aber ein so gerecht sahen, wie er viergib, wiert er an zweifel guetter gerechtigkeit pey keyserliche majestet an mein pefurderung pekumen, dan ich sein keyserliche majestet dermassen ken, das er gegen den armen wie gegen den reich sich in aller gerechtigkeit erscheynen last. Derhalben ich gewislich weis, in kein ungerechtigkeit von keyserliche majestet nit pegegen wiert.

Lezlich pit ich Eur Liebden ganz fruenlich, Eur Liebden wellen mier diess alles, so ich des ellenten und<sup>z)</sup> lossen menschen halben schrieben, nit in ibellen auslegen, den Eur Liebden mier mit warheit glauben megen, das ich auf solhes von niemant nit angeviert wier noch niemant<sup>aa)</sup> weder zu lieb nach<sup>bb)</sup> zu leit schrieb, dan was get<sup>cc)</sup> mich sein dein an, er sey, wer, er wel, und mach, was er wel,<sup>dd)</sup> sein tein und lassen gibt mier nich und niembt mir nicht. Got weis, was ich derhalben iez und vormal an Eur Liebden geschrieben hab, ist<sup>ee)</sup> nur darum peschech, erstlich Eur Liebden undt derselben lant undt leyden zuguetten undt darnach auch, dar mier we tue, das der los mensch sey[n] keyserliche majestet also under die leidt gibt, als geschech<sup>ff)</sup> in grosse ungerechtigkeit. Ob ers schan vor Eur Liebden villeicht nit duet, weis<sup>gg)</sup> ich denach wol, dar ers<sup>hh)</sup> dergleich zue<sup>ii)</sup> der Wilder<sup>jj)</sup> an etlich orden sich horen hat lassen und auch sein ganzer handel und viergeben darnach gericht ist, allein das er

vermeint, man solt nit verstan. Wiewol ich hof, er solhes in ewigkeit auf mein fruemb her und vatter nit pringen wier, so hab ich mich, die true tochter undt die meins hern vatter wolfart undt er hocher schazt als mein selbt, nit kinen unpeier lassen, wie ich solhen mich auch vor <sup>kk)</sup> Got schuldig erken. Pit derhalben, mier solhes nit veribel zu haben und solher mein enschuldigen volkumen glauben zu geben, dan es ja <sup>ll)</sup> nit ande[r]s ist, als ich schreyb; das glauben Eur Liebden gewislich.

Wieder,<sup>mm)</sup> herzlieb her und vatter, danck ich Eur Liebden gar auf <sup>nn)</sup> hoch und fruenlichest das truen mitleiden, so Eur Liebden mit mier haben, auch der so hochen erpieten in mein petriebten handel und mier Eur Liebden solhes fruenlich gemuet undt true mitleyden, auch erpieden, nit ein kleiner trost und freit. Gott der her geb mier gnat, solhes al wieder um Eur Liebden in aller fruenschaft zu ver[g]leich. Ob ich wol so vil hoch wart und dancksagung nit <sup>oo)</sup> kan, als mier wol not war vier taglich woldat, so ich von Eur <sup>pp)</sup> Liebden enpfach, so solt doch an werck nit erwinden und Eur Liebden almal in der tat solden pefint mein danckpers gemuet.

Was die ellent pelang, pit ich Eur Liebden auf das aller fruenlich, ob mier Eur Liebden dieselben iez von stunten also, wie ich vorgeschriven, hieher treyben wolt lassen, mit den kien und <sup>qq)</sup> ein aigen darmit pisher sick auf <sup>rr)</sup> mein aigen kosten, das wil ich wieder um Eur Liebden verdienen, wie der Kunheim auch derhalben weider schreibt.

Ich sag Eur Liebden auch fruenlichen danck um die pomerantzen; sin gar guet gewest. Dies alles hab ich Eur Liebden auf derselben schreyben nit wellen vorhalden. Damit <sup>ss)</sup> due ich mich Eur Liebden auf das hochst pefhlen. Datum Radom, den 29. tag Julius.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

- |   |   |
|---|---|
| a) pro expunctis verbis: gemen wurt (?) su- | x) praecedit expunctum: E.L.                  |
| prascriptum.                                | y) praecedunt expuncta verba: hab ich         |
| b) in ms. gewese                            | z) praecedit expunctum: men                   |
| c) praecedit: E.L. (Eur liebden) expunctum. | aa) niemand in margine pro expuncto in textu: |
| d) praecedit expunctum: 3                   | mennant                                       |
| e) sch in ms. ex alio correctum.            | bb) praecedit expunctum: un                   |
| f) praecedit expunctum: E.L.                | cc) suprascriptum pro expuncto: er            |
| g) suprascriptum pro expuncto: soga         | dd) praecedit expunctum: ru (?)               |
| h) suprascriptum pro expuncto: mit          | ee) supra lineam.                             |
| i) praecedit expunctum: stisti et sequitur: | ff) praecedit expunctum: gesh                 |
| petrungen (?), item expunctum.              | gg) suprascriptum pro expuncto: weilt         |
| j) praecedit expunctum: keylichen           | hh) praecedit expunctum: es                   |
| k) praecedit expunctum: pestan              | ii) suprascriptum pro expuncto: due (?)       |
| l) verba: sein g[n]a[t]en suprascriptia pro | jj) praecedit expunctum: v                    |
| expuncto: in                                | kk) suprascriptum pro expuncto: von           |
| m) sic in ms., forsitan: pals (?)           | ll) praecedit expunctum: in                   |
| n) praecedit expunctum: mgg                 | mm) sic in ms., pro weider; sequitur expunc-  |
| p) pro: diener                              | tum: her                                      |
| q) praecedit expunctum: stesten             | nn) praecedit expunctum: s                    |
| r) suprascriptum pro expuncto: ich          | oo) supra lineam.                             |
| s) praecedit expunctum: wa                  | pp) sequitur littera: m                       |
| t) praecedit expunctum: und                 | qq) praecedit expunctum: da do                |
| u) praecedit expunctum: me mr               | rr) praecedit expunctum: w                    |
| v) praecedit expunctum: mt (majestet)       | ss) in ms.: datmit praecedit expunctum da-    |
| w) suprascriptum pro expuncto: raden (?)    | mit al  |

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
universis  
actus oppignorationis trium districtuum regiorum in Lithuania Rein-  
holdo Cracow pro certa pecuniae summa sibi mutuo data.  
(Exemplar)  
H B A, B 1, K.318.*

In nomine Domini. Amen.

Nos, Sigismundus Augustus etc., significamus ac notum esse volu-  
mus tenore presentium, quorum interest, universis et singulis, presen-  
tibus et futuris, harum noticiam habituris, quod cum difficulti ac per-  
iculoso bello contra capitalem et hereditarium hostem nostrum Moschum  
ab aliquot annis impliciti essemus, et ad id prosequendum profligandum  
que magna pecunia (quae nervus belli dicitur) opus esse perspexeramus,  
constitutum nobis et nostris Magni Ducatus nostri Lithuaniae Consilia-  
riis visum est, ne tam dubio et periculoso tempore Rempublicam dese-  
ruisse et ab officio nostro regio recessisse videremur, pecuniam, etiam  
cum oppignoratione haereditatis nostraræ, cogere et conficere.

Cum igitur Nobilis Reinholdus Krakow,<sup>a)</sup> Gedanensis, clementer a  
nobis requisitus, ad usum huius praefati belli necessarium quinquaginta  
millia thalerorum, boni, iusti et usitati valoris et ponderis, mutuo nobis  
daret, quam quidem pecuniae summam plenarie et integre, hoc est anno  
preterito millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, thaleros triginta  
unum millia octingentos, decem, octo et sex grossos, anno vero praesente  
thaleros octodecim millia centum octuaginta unum et viginti septem  
grossos, in thesaurum nostrum recipiendam curavimus. Nos vicissim,  
communicato prius consilio cum Consiliariis nostris Magni Ducatus no-  
stri Lithuaniae, de sententia, consensu et voluntate eorundem praefato  
Nobili Reinholdo Krakow volentes satis ac sufficienter cautum prospec-  
tum esse, et nostra gratia hoc idem rependere, illi suisque legitimis here-  
dibus et successoribus, pignoris et hypothecae nomine, inscripsimus et  
tradidimus in possessionem districtus nostros Polangensem, Krettingen-  
sem et Gondsinensem, prout vigore presentium inscribimus et tradimus,  
ita late, longe et circumferentialiter, sicut finibus eorum et terminis  
comprehensi sunt et quemadmodum in Inventariis una traditis per Ple-  
nipotentem nostrum et memoratum Nobilem Reinholdum Krakow com-  
paratis, sigillisque eorundem obsignatis, descripti habentur, cum omni-  
bus eorum pertinentiis, oppidis, curiis, praediis, villis eorumque incolis,  
hortis, terris, agris, pratis, pascuis, campis, nemoribus, venationibus, uti-  
litatibus, superioritatibus, privilegiis, libertatibus, iuribus, iuditiis, iuris-  
dictionibus utriusque status, tam spiritualibus quam secularibus, labo-  
ribus rusticibus, preventibus, censibus, redditibus his, quos subditi  
iuxta institutionem nostram solvere tenentur, et quemadmodum iam in  
Registro traditionis expressum est, cum aquis, fluminibus et piscinis,  
stagnis, molendinis eorumque emolumentis, mellificiis, tam in fundis  
quam nostris incolarumque nemoribus factis, ex quibus dationem mellis  
subditi soliti erant nobis dare, post dimensionem iugeralem agrorum,  
sub ipsum traditionis huius hypothecae tempus, hereditatibus caducis et  
cum omnibus aliis usibus, fructibus, parvis, magnis, medicribus, quo-

cunque nomine dici et appellari possunt, quemadmodum pro nobis eisdem utebamur, eo usque et iuxta institutionem lanealem, quae inter subditos eorumque agros facta est ac descripta.

Quae preterea utilitates et commoda per sedulam curam, laborem et diligentiam boni et circumspecti patris familias in eisdem districtibus, quibuscunque rationibus honestis quaeri et comparari possunt ad decursum unius anni, a festo Divi Bartholomei Apostoli proxime futuro ad idem festum Divi Bartholomei anni proxime sequentis, millesimi quingentesimi sexagesimi quarti, sine cuiusvis hominis impedimento, mandato seu interdicto quiete habendum, possidendum, utendum, fruendum, eo etiam peculiariter adiecto, quod preterea idem Nobilis Reinholdus Krakow propter magnitudinem capitalis summae, nobis sic, ut preferatur, mutuo datae, hoc anno ex contributione, szierepczisna vulgo dicta, trecentas viginti tres sexagenas Lithuanicas, per singulam sexagenam sexaginta grossos Lithuanicos computandum, in supplementum eius, quod interest, percipiet.

Necnon ex speciali gratia nostra regia remisimus sepedicto Nobili Reinholdo Krakow, propter officium hoc illius nobis prestitum, et expensas diversis itineribus in certis obsequiis nostris factas, pensionem nobis ex districtibus Polangensibus<sup>2)</sup> et Krettingensibus,<sup>2)</sup> vigore prioris contractus, hoc anno presente debitam, scilicet centum et octuaginta quinque sexagenas Lithuanicas. Qua in possessione et usu sepedictum Reinholdum Krakow, eiusque haeredes et successores, nos pro nobis conservare, tueri ac evincere volumus et debemus, successoresque nostri debebunt, exceptis tamen silvis omnibusque proventibus silvarum, qui scilicet ex labore lignorum, cinerum et picis extra limites eorum bonorum, quae pignori illi traditae<sup>2)</sup> sunt factae, percipiuntur.

Quos universos nobis et successoribus nostris, Magnis Ducibus Lithuaniae, speciatim reservatos, eosque tantum, qui intra limites bonorum illi assignatorum, hoc est in laneis et iugeribus, vel aliis subditorum agris, vulgo zascziancy dictis, fieri possunt, eidem Nobili Reinholdo Krakow concessos esse volumus, sed ea ratione et modo, ne ei suisque heredibus et successoribus, pro re domestica resarcienda, augenda amplificandaque aliquid aedificare aut reficere in districtibus Polangensi, Krettingensi et Gordzinensi volentibus, necessaria ligna et robora ex iisdem silvis nostris denegarentur. Labores insuper silvestres sine detrimento et gravamine incolarum districtuum prefatorum procurare debebimus, ita sane, ut nequaquam in vehendis aut exportandis lignis, pice et cineribus gravamine aliquo afficiantur. Quicunque enim pro iusto precio laborare noluerint, nullo pacto ad operandum cogi debent.

Ac si qui ad eiusmodi operas se obligaverint ultro, postea vero eas prestare recusaverint, non debent ii a Prefecto laborum sylvestrium propria autoritate, sed iussu Prefecti districtuum predictorum ad prestandas operas adigi. Si quid etiam Prefecti sylvarum adversus incolas districtuum Polangensis, Krettingensis et Gorstinensis iniuriarum vel damni tali nomine habuerint, non debent id sua privata autoritate, sed querimonia ad memoratorum districtuum Prefectum perlata vindicare. Hoc quoque nobis nostrisque successoribus reservamus, ut quotiescumque caeteri Magni Ducatus nostri Lithuaniae nobiles in expeditionem bellicam contra hostem proficiscentur, ipsi etiam Polangensis, Krettingensis et Gorstinensis districtuum nobiles idem facere teneantur. Similiter quoque ubi exactio aliqua aut contributo caeteris incolis in Magno Ducatu nostro Lithuaniae iniungetur, ipsi, tam nobiles quam subditi, predictorum nostrorum districtuum pari modo exactionem dare et con-

tributionem pendere nobis successoribusque nostris tenebuntur, neque ulla ratione ab eo onere sint exempti. Pecuniam vero, quae per exactio-nem et contributionem illis pendendum<sup>2)</sup> est, debet Prefectus Polangen-sis, Krettingensis et Gorzdensis ab omnibus nobilibus et incolis colligere et Thesaurariis nostris tradere, defalcatis tamen prius hoc anno supradictis sexagenis trecentis viginti tribus Lithuanicis.

Ipsum vero Nobilem Reinholdum Krakow, eiusque heredes et suc-cessores, ab omnibus tam bellicis expeditionibus, tam aliis quibusvis oneribus, necnon exactionibus, thelonies et vectigalibus, laudatis sive lau-dandis, vel iniunctis aut iniungendis, in districtibus Polangensi, Krettin-gensi et Gorzdensi liberos et immunes esse volumus, ita tamen quod thelonatores ibidem constituti nihil vectigalis ab his duntaxat rebus, quae ex districtibus illis vel subditis proveniunt, vel oeconomia et pro-prio labore comparantur et ad Ducatum Prussiae, aut in quemvis locum, evehuntur, exigent. Similiter quicquid idem Reinholdus Krackow<sup>2)</sup> sui-que successores, aut nostra huius obligationis possessores, ad proprios usus et non ad negotiandum ex Ducatu Prussiae vel aliunde ad districtus eosdem miserint, ab eodem nihil thelonie et vectigalis recipiendum vol-lumus.

Ut autem debita obedientia saepedicto Nibili Reinholdo Krakow haeredibusque suis ab omnibus incolis et subditis districtuum praefatorum non secus ac nobis ipsis praestetur, volumus, ut incolae ac sub-diiti omnes, cum praefatis theloneariis etiam eorundem districtuum, eidem Nibili Reinholdo Krakow heredibusque et successoribus illius legitimum fidelitatis et obedientiae iuramentum, quod in hypotecis fieri assolet, praestent tanquam Domino utili, salva tamen et integra fide et obedientia, quam nobis, tanquam Domino directo, debent et debebunt.

Caeterum, summam quinquaginta millium thalerorum, eiusdem ponde-ris et valoris, elapo hoc integro anno, die Veneris proxima post Divi Bartholomei festum anni millesimi quingentesimi sexagesimi quarti, sae-pedicto Nibili Reinholdo Krakow aut successoribus illius in civitate nostra Gedanensi restituere et solvere tenebimur ac verbo nostro regio pollicemur. Eaque accepta, nobis, successoribus aut Commissariis nostris, vicissim possessione districtuum supradictorum cedet, asportatis tamen prius suis propriis bonis et suppellectili, nostro in inventario non de-scriptis. Neque nos, neque successores nostri absque solutione praefatae summae eandem possessionem repetere debebimus. Sed citra exemptio-nem vel repetitionem praedictorum districtuum nostrorum debemus mit-tere Commissarios nostros, qui hoc, quicquid idem Reinholdus Krackow seu successores sui, vel aedificii vel oeconomiae suo sumptu et impensis illis adauxerit, unde utilitas et proventus aliquis aerario nostro esse poterit, viderent, ut hunc sumptum, iuxta iustum eiusdem per nostros et ipsius Reinholdi ad hanc rem receptos Commissarios factam pensatio-nem, illi ipsi rependeremus, prout rependere debebimus. Nolumus tamen, ut is idem Reinholdus Krakow sive successores sui, muro et lapidibus, sive etiam lignis magni pretii et sumptus aedifica extrueret, sed ea dun-taxat, quae necessaria et utilia sunt, non quae ad voluptatem et nimiam elegantiam pertinent.

Ubi autem dictus Nobilis Reinholdus Krackow, permittentibus ratio-nibus suis, supradictam pecuniarum summam diutius apud nos esse et manere assensus fuerit, de eoque nos ad festum Trium Regum proxime futurum certiores reddere voluerit, proinde eo ipso tempore, nimirum in dicto Sanctorum Trium Regum festo, illi praedictos districtus nostros, una cum universis antiquorum vectigalium et theloniorum novarumque

exactionum, pobor dictarum, proventibus, tam a subditis eorundem districtuum, quam a mercatoribus et aliis quibusvis hominibus, per ea loca cum mercibus et rebus suis transeuntibus, ultro citroque provenientibus, ex aequo et bono, prout inter nos et illum conveniet, ad longiora tempora inscribere, obligare ac realiter tradere tenebimur et successores nostri tenebuntur, et astricti erunt. Porro, si infoelicitate temporis, aut alia qualicunque de causa, contractus ad ulteriora tempora per nos cum ipso Nobili Reinholdo Krakow, aut posteris ipsius, in saepedicto Sanctorum Trium Regum festo constitutus fuerit, neque praedicto anno elapsio in termino et loco superius descripto eam totam pecuniarum summam solverimus, atque inde ipsi posteris illius damnum aliquod dareatur et, commodo et lucro cessante, detrimentum Emergeret, nos et successores nostri, quicquid eius damni seu detrimenti fuerit, compensare et integre sarcire ac ipso<sup>2)</sup> Nobili Reinholdo Krakow aut posteris ipsius, vel huius obligationis legitimis possessoribus, extunc possessionem, tam antiquorum vectigalium sive theloneorum, quam novarum exactionum, pobor dictarum, possessionem quiete tenendum, habendum, fruendum et annuatim exigendum, sine omni exceptione et mora dare et realiter tradere tenebimur et successores nostri tenebuntur.

Neque vel nobis vel successoribus nostris absque solutione plenariae summae compensatisque, si quae, ut dictum est, propter non prestatam a nobis vel successoribus nostris iusto tempore solutionem damna ipsi Reinholdo Krakow vel posteris illius data fuerint, districtus Polangensis, Krettingensis et Gorzensis, una cum theloneis et novis vectigalibus, pobor dictis, nullis penitus exceptis, restituere debebunt. Quod si etiam fatali casu aliave quacunque causa, vel finium et limitum quorumcunque finitimarum diminutione et contractione, vel, quod Deus avertat, per interventam bellicam motionem, et non culpa ipsius Reinholdi acciderit, ut is idem Reinholdus Krakow haeredesque sive successores sui, sive huius obligationis legitimi possessores, minus quiete ac pacifice hos ipsos districtus supranominatos possidere, ac omnium ac singulorum proveniuntum et emolumentorum supradictorum uti et frui poterint, aut difficultior ratio eius integre consequendae esse coeperit, in eo casu nos, haeredes et successores nostros obligamus, ut memorato Reinholdo Krakow ac haeredibus et successoribus illius, cum bona ipsorum voluntate, aliunde prospiciatur satisque detur, ne illi officium hoc, nobis ditacionibusque nostris exhibitum, ulla ratione sit damnosum.

Preterea etiam saepedicto Nobili Reinholdo Krakow suisque posteris harum serie permittimus, ut hanc totam obligationem possessionemque eorundem districtuum, scilicet Polangensis, Krettingensis et Gorzensis, totumque ius eorum, ex parte vel in toto, in quasvis alias personas obligandi et similibus conditionibus alienandi et transferendi, vel etiam arendae nomine, aut quovis alio modo transportandi et iterum, si voluerint, ad se revocandi potestatem habeant, non obtentis aut impetratis aliis literis consensu nostri. Porro, quia ratione et aequitati consonum est, ne res alteri pignoratae vel obligatae a nobis in alium transferantur, minuantur, nedum alienentur, igitur stante et durante ha nostra obligatione et inscriptione, sancte promittimus, ac nos et successores nostros harum serie obligamus, nos vel successores nostros interea temporis de memoratis districtibus eorumque bonis, quomodo cunque nuncupatis, tam in parte quam in toto, nihil translatueros, vel via permutationis vel ullo alio titulo alienaturos esse. Nec aliquas literas, iura et privilegia, alienationem concernentia, cuiquam personarum, cuiuscunque gradus, dignitatis fuerint, super eadem bona, sive etiam quam minima eorum bono-

rum parte, dabimus aut concedemus, nec successores nostri dabunt aut concedent. Sed promittimus verbo nostro regio, pro nobis et successoribus nostris, omnia ea, quae presentibus literis ad memorati Nobilis Reinholdi Krakow eiusque successorum et presentis obligationis possessorum cautionem conventa constitutaque per nos sunt, integra in omnibus punctis et clausulis conservaturos nos esse, neque ulla exceptione aut iuris beneficio, quoconque nomine appellato, quod forte in conditionibus superius descriptis ullam difficultatem aut moram illi vell<sup>z)</sup> illis adferre ullove negotio illum vel illo implicare possit, usuros nos esse, neque haeredes et successores nostri uti aut praetendere debebunt.

Quibus omnibus et singulis verbo nostro regio renunciamus. Quorum in fidem et testimonium hisce literis manu nostra subscrispsimus et sigillum nostrum, accedente ad id voluntate et consensu Consiliariorum nostrorum Magni Ducatus Lithuaniae, huic obligationi expresse assentientium, appendi iussimus. Datum Vilnae, 4 die mensis Augusti, anno Domini 1563.

Sigismundus Augustus Rex subscrispit.

Nicolaus Radziwil, Palatinus Vilnensis  
et Archicancellarius, manu propria.

Nicolaus Naruschewicz, Sacrae Regiae  
Maiestatis in Magno Ducatu Lithuaniae  
a Secretis et Notarius, manu propria.

a) *in ms. Krarkow.*

z) *sic in ms.*

N. 900.

Vilnae, 6.VIII.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro consilio ducis circa securitatem suam magis curandam gratias agit;  
Achatium Czema adhuc colligenda pecunia occupatum esse nuntiat;  
de duce Christophoro, coadiutore Rigensi, capto; de pertractationibus inter Danos et Suecos.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.318.

Durchleuchtiger furst, unser lieber her echem.

Auss Eur Durchleuchtigkeit treulichem an uns schreiben haben wir vorgenommen, wie unser iczige alhier wonunge nit ane ghefar ist, welches wir zwar selbst auch und auss ermanung eczlicher unserer rethe, edan wir uns in Lithen begeben, woll gemerket haben, sondern es hat uns unser ampt darzu drungen, das wir nochgellossen alle ghefar personlich alher viel andern dingen furzukommen seindt beweget worden. Doch ist uns solch Eur Durchleuchtigkeit schreiben und treulich vormanen fast und ser angenem, welches wir damit beweisen wollen, das wir solchem Eur Durchleuchtigkeit trewem rath mit ersten wollen nochkommen und unser person in merer acht und bewarung haben, auch das beger, so biczher diese zeut gewesen, vorendern. Lossen uns dieweil solch Eur Durchleuchtigkeit treuliche vormanung fur ein klares zeichen freuntliches und treuliches herczes, lieb und gemuths gegen uns sein, haben gutt hoffnung zu

Gott dem almechtigen, der wirt uns sampt Eur Durchleuchtigkeit fur allem ubel und ghefar beschuczen und bewaren.

Was den Achaczium Czema, Malburgischen Woiewoden, angehet, den hetten wir warlich immerzu gerne bei uns. Wir haben im aber diese zeut etlich ander ding zu than und auch uns gelt aufzubrenggen aufgelegt, welches alsbaldt er wirt gethan haben, so thut es von nethen, das er sich auch auf Michaelis auf dem preussischen tage funden losse und alsdan auch auf unserm reuchstage, sonst wurden wir gancz gerne Eur Durchleuchtigkeit roth folgen. Es ist uns itzter auch die zeutung zukommen, das der herczog Christopher, erwelter coadjuter zu Riga, von den unsfern erstlich belegert, dornoch gefenklich genommen ist worden, dafon wir Gott dem almechtigen lob und dank sagen und zum hechsten begeren, Eur Durchleuchtigkeit wolle uns weitleftig wissen lossen, was Eur Durchleuchtigkeit rath und guetdünken were, was man weiter mit ym und welcher mass than sulde und hierbei, so begeren wir, Eur Durchleuchtigkeit woll uns mit ersten wissen lossen, was doch k[önig] wurde auss Denemark<sup>1)</sup> und dess auss Schweden<sup>2)</sup> halben zu Rostok ist gehandelt worden, und, wo Eur Durchleuchtigkeit solches auch unwissend were, so begeren wir doch Eur Durchleuchtigkeit meinung darvon zu wissen, welche Gott der herr in gutter gesundt lang schuczen und schirmen wolle. Geben zü Wilne, den sechsten tag Augusti am iar tausentfumfhundert-dreyundsechzigstem.

a) Sigismundus Augustus Rex subscritpsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Fridericus II*

2) *Ericus XIV*

N. 901.

Vilnae, 15.VIII.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ioanni Alberto duci Megapolensi  
de fratri eius Christophori ingrato erga se animo et malevolis consiliis.  
(Exemplar)

H B A, B 1, K.318.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consanguinee noster Charissime.

Memoria tenemus, quid ad nos per suum nostrumque Internuncios, quid item saepe per literas Illustratas Vestra retulerit de Ducis Christophori, fratri sui, adversus nos susceptis consiliis atque institutis, qui cum singularibus nostris officiis ornatus et ad extremum Coadiutor Rigensis Archidiocesis<sup>2)</sup> per summam nostram gratiam et benevolentiam designatus esset, arma tum adversus nos sumere consiliaque cum hoste nostro, Suetiae Rege,<sup>1)</sup> conferre et communicare non dubitavit. Quod ipsius consilium semper ab Illustritate Vestra reprehensum esse meminimus, et rationes praeterea vindicandae eius audaciae ingratique animi per Illustritatem Vestram nobis suppeditatas esse meminimus.

Quod cum ita sit, faciendum nobis existimavimus, ut quae his temporibus illi ab exercitu nostro evenerint, ad Illustritatem Vestram prescriberemus. Cum enim paulo ante partem aliquam copiarum nostrarum in Livonię misissemus ad tentandam praesidiorum quorundam Sueti-

corum oppugnationem, cumque ille in provincia illa incautius versaretur atque ei conveniret, qui se hostem atque inimicum nostrum ex professo iactare solebat, Deo omnis ingratitudinis vindice nobis aspirante, in protestatem nostram per ditionem venire ab exercitu nostro coactus est. Ex quo sane illius casu ac eventu, etsi illam molestiam capimus, quod eum Principem, quem omni genere benevolentiae nostrae propter eam, quae nobis cum ipsius familia iam pridem intercedit, necessitudinem prosecuti sumus, quemque in eo gradu honoris singulari nostro beneficio locaremus et ex ipsius dignitate voluptatem laeticiamque caperemus, in custodia hoc tempore tenere necesse habemus.<sup>a)</sup> tamen cum obstinatis illius consiliis nullo alio remedio obsisti posset, id quod necessitatem ipsam officii nostri pro salute Livoniae, foederatae provinciae nostrae, suscepti consecutum est, in eo necessario acquiescendum nobis esse intelligimus.

Nos quidem, qui in eo facto singularem Dei providentiam agnoscimus, ita nos adversus Ducem ipsum Christophorum geremus, ut et communis humanitatis et religionis christianaee et nostrae personae familiaeque ipsius rationem summam habuisse videamur. Speramusque eam rem ita esse Illustratatem Vestram accepturam, uti ad illius egregiam prudentiam et veterem erga nos benevolentiam pertinet. Illustritas Vesta, si quid habet praeterea, quod a nobis in hoc genere fieri voluerit, si ad nos prescripserit, dabimus operam, ut ad ea, quae superius proposuimus, suae quoque a nobis voluntatis habitam esse rationem, quatenus integra nostra dignitate et existimatione poterimus, Illustritas Vestra perspiciat et cognoscat, quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XV mensis Augusti, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri trigesimo quarto.

Sigismundus Augustus Rex subscripsit.

Illustri Principi Domino Ioanni Alberto Duci Megapolensi, Principi Vandalorum, Comiti Sverinensi ac Rostochii Stargardiaeque Domino, consanguineo nostro charissimo.

a) *correctum ex: haberemus*

z) *sic in ms.*

1) *Ericus XIV.*

N. 902.

Vilnae, 27.VIII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de commissariis ad regundos fines designandis; de Comitiis indictis;*  
*de custodia ducis Christophori; de pecunia et commeatu pro exercitu*  
*in Livonia, et aliis.*

*Sigill. VIIa.*

*(Cum schedula adiuncta)*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CLXXXVI.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Quod negocium limitum attinet, cum videamus Illustratatem Vestram*

tantopere de eo solicitam esse, cuperemus sane ei negocio finem quam primum imponere, ut aliquando tandem sollicitudinem hanc Illustritati Vestrae ex animo eximamus. Ceterum quoniam edere Commissarios ad regundos eos fines nostrum non est, sed Illustritatis Vestrae deligere arbitrio suo ex iis potissimum, qui sunt in magistrato<sup>z)</sup> aliquo constituti, idcirco deligit primum Illustritas Vestra, quos voluerit, Commissarios, deinde nos certiores faciet, ut literas commissionis scribi deinde iubeamus.

Nos Comitia Regni nostri ad diem festum Divi Martini<sup>a)</sup> indiximus, cum videremus maximam partem Senatus nostri tempus a nobis ad Divi Michaelis ferias in deliberationem eorum propositum quodammodo recusare et ad ferias Martini inclinare. Itaque necessario nobis ad Regnum nostrum ea de causa erit redeundum. Ut autem admonitioni praeterea Illustritatis Vestrae aliquid tribuisse videamur, dabimus operam, ut nos inde quam primum explicemus, et constitutis ac provisis eius Ducatus rebus atque negociis, in Poloniam etiam ante Comitiorum tempus discedamus.

De Duce Christofero iam pridem Illustritati Vestrae scripsimus eum honestissima custodia contineri. Speramus autem eum hic esse apud nos propediem affuturum. Illustritas Vestra interea nobis perscribat, de quo etiam antea illi significavimus, quibus conditionibus negocium hoc totum inter nos et illum putet esse conficiendum et ad finem deducendum.

Pecuniam et commeatum et caetera exercitui nostro in Livonia suppeditari iubebimus, de quo etiam ad ipsum Curlandiae Ducem<sup>1)</sup> sententiam nostram nuper perscribi iussimus. De ferro Suecico in navi intercepto, quod Illustritas Vestra ad Illustrem Ducem Palatinum Rheni<sup>2)</sup> scribit pertinere, si quidem id Illustritas Vestra pro comperto scribit, volumus, ut omne id ferrum, quod ad Illustritatem eius vere atque legitime pertinet, sine mora restituatur Illustritati eius, quam quidem meminimus sub salvo conductu nostro hoc appulisse.

Praeterea autem si qua sunt Gedanensium, subditorum nostrorum, in solutum a Suecis accepta, cum ex hostili atque inimica terra literis nostris evocati properare cogerentur, id quoque restitui singulis non abnuimus, dummodo de eo, quid cuiusque sit, aut qua ratione inde exportatum, diligentior aliqua inquisitio prius habeatur. Novit enim Illustritas Vestra mercatorum, ac praesertim illius civitatis, diverticula, qui saepe ut privatis rebus ac mercimoniis suis consulant, et interdicta nostra solent eludere et Rempublicam in discrimen possunt adducere. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, XXVII Augusti, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex: Divo Martino*

1) *Gottardus Kettler.*

b)-c) *manu propria.*

2) *Fridericus III.*

z) *sic in ms.*

*Schedula adiuncta:*

Gedanenses, quemadmodum ad nos scribit Illustritas Vestra, monebimus, ut in contributione solvenda a minoribus civitatibus ne se segregent, sed ad exemplum earum a centenis marcis octo grossos nobis contribuant.

Vilnae, 30.VIII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de periculo ex parte Erici ducis Brunsvicensis; de pacificationis negotio  
inter reges Daniae [Fridericum II] et Sueciae [Ericum XIV], ex quo  
se foederatosque suos excludi non posse asserit.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CLXXXXIV.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.*

Quod nos Illustritas Vestra de rumoribus iis certiores facit, qui de consiliis Erici Ducis circumferuntur, pergratum est nobis. Evidem non arbitramur quicquam nobis aut ditionibus nostris ab exercitu eius metuendum esse, quod hostilitatem aliquam p[re]se ferre videatur, praesertim cum nihil nobis hactenus eiusmodi denunciatum ab eo sit aut indicatum. Sed tamen in hoc tanto vicinarum civitatum et nationum motu atque incendio rebus nostris deesse non debemus. Quam ob rem, id quod nos Illustritas Vestra recte admonuit, literas ad Gedanenses dari iterum iussimus, portum ut suum studiose communiant eumque adversus fortuitas impressiones, si quae ingruerent, diligenter obfirment.

De conventu ob Danicam et Suecicam pacificationem instituto ex literis alteris Illustritatis Vestrae intelleximus. Ac nobis quidem pace et tranquillitate christiana nihil propemodum optatus potest contingere. Verum illud modis omnibus et nobis et Illustrati Vestrae curandum esse existimamus, ut ne ea pax in nonnullam ditionum nostrarum perturbationem se convertat, neve ditionibus nostris damnum aliquod afferrat. Quod sane magnopere verendum esset, si conditionibus pacificationis istius exclusi fuerimus. In quo probatur sane nobis studium Illustritatis Vestrae, quae Illustrissimo Saxoniae Electori<sup>1)</sup> negocium nostrum tam diligenter commendavit. Quod ut etiam atque etiam Illustritas Vestra faciat, ab illa magnopere petimus.

Nos etiam, diebus proximis misso ad Serenissimum Daniae Regem nostro Internuncio, nobis ipsi non defuimus Serenitatemque eius ad communium pactorum recordationem literis nostris revocavimus, ab eaque petimus, ut si forte eo ventum foret, ut pax inter Serenitatem eius et Sueciae Regem constituenda sit, nostri quoque ac foederatorum nostrorum digna ratio habeatur. Inter foederatos autem nostros hos nominatim Serenitati eius edidimus: Illustratatem primum Vestram, tum Illustres Duces Pomeraniae,<sup>2)</sup> deinde Ducem ipsum Finlandiae,<sup>3)</sup> postremo etiam Curlandiae.<sup>4)</sup> Pergratum autem nobis Illustritas Vestra fecerit, si porro apud Illustrissimum Saxoniae Electorem et caeteros tum per se, tum per communes amicos, saepe idem negocium gesserit saepeque repetierit. Nos, si requisiti de pacificatione ea fuerimus, consilio nos Illustritatis Vestrae quam maxime accommodabimus Nunciumque eiusmodi ad conventum illum, si postulati fuerimus, designabimus, quem huic rei quam maxime accommodatum esse iudicabimus. Quod si Comitia Regni nostri non impedierint, non sane facile intelligimus, quis in hoc genere Magnifico Mariemburgensi Palatino<sup>5)</sup> debeat anteponi. Bene valere Illu-

stritatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die XXX Augusti, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Ioannes Fridericus II.

2) Barnim IX, Ioannes Fridericus.

3) Ioannes.

4) Gottardus Kettler.

5) Achatius Czema.

N. 904.

Vilnae, 2.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de provincia contra malevolos conatus Erici ducis Brunsvicensis prae-munienda.*

(4 annexa: 1) *schedula de milite Germanico in Livonia*, 2) *orig. litterarum ad duces Pomeraniae, sigill. VIIa*, 3) *exempl. earundem litterarum ad duces Pomeraniae*, 4) *exempl. litterarum ad Ericum ducem Brunsvensem*)

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CLXXXXVI (sine annexis).*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrino noster Charissime.*

Hodie eadem hora binae ad nos literae Illustritatis Vestrae de iisdem rebus adferuntur, Sperlingi datae, ex quibus de Erico Duce quae istic nunciarentur, cognovimus. De quo etsi alias quoque ad nos literis Illustritatis Vestrae significatum esse meminimus, tamen quod tunc Illustrati Vestrae respondimus, nunc quoque eidem respondere non dubitamus, nos videlicet persuadere nobis nequaquam posse Ducem Ericum, nulla a nobis lacescitum iniuria, nullis etiam denunciatis nobis et indictis inimicitii, hostile aliquid adversum nos ditionesque nostras esse tentaturum, praesertim cum paulo ante studium nobis officiumque suum ultro deferre soleret ad vexandos ac persequendos nostros inimicos, quemadmodum novit Illustritas Vestra. Post quod sane tempus nihil a nobis in illum profectum esse scimus, quod illi causam aliquam mutati erga nos animi dare posset.

Non arbitramur autem quoque Illustritatem eius ita apud se dulce bellum existimare, aut ita pugnae vel praedae studiosum esse, ut prae his et veterem nostram cum familia sua coniunctionem et suam constantiam et in primis existimationem, quae non indicto gerendo bello in non optimam adduci opinionem videretur, posthaberet. Sed tamen ne prorsus haec ocioso ac negligenti animo audire videamur, scribimus ad ipsos terrarum nostrarum Prussiae Ordines omnes, ut parati et erecti sint lustrationesque militum per territoria ut instituant, portus denique et propugnacula munitant caeteraque faciant omnia, quae nos rebus nostris non deesse testari possint.

Quod si proprius ditiones nostras accedere cum exercitu Ericus Dux perrexerit, mittimus iam nunc literas in manus Consiliariorum nostrorum Prussiae, quae adventanti illi nomine nostro reddi debeant. Earum exemplum Illustritati quoque Vestrae mittimus. Et quoniam, si quid periculi

inde imminet, id omne commune est nobis cum Illustritate Vestra, ab illa etiam atque etiam petimus, ut ipsa quoque pro virili parte in eam curam incumbat, ut hic exercitus omni ratione a ditionibus nostris communibus possit amoveri. Inprimis autem si quis subitus casus ingruerit, aut etiam antequam ingruerit, cum Consiliariis et civitatibus nostris Prussiae maioribus communi consilio Illustritas Vestra quid fieri oporteat, statuat atque provideat et nos omnibus de rebus citissimis itineribus certiores faciat, quidve consilii habeat, diligenter aperiat. Nos ne Senatum quidem Regni nostri de eo latere voluimus, ut ex sententia ipsius, si eo ventum erit, remedium huic malo possimus adhibere. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die II Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*Schedula adiuncta:*

De milite hoc Germanico, quem in Livonia habemus, quid cum eo deinceps faciamus, ubi assignati trimestris stipendia exierint, existimamus rem deliberatione indigere. Etsi enim ad plerasque res usui eum nobis fore videamus, tamen commovemur magnopere magnitudine stipendiiorum, quibus aerarium nostrum vehementer exhauditur. Quam ob rem ab Illustritate Vestra postulamus, primum ut quid nobis cum eo faciendum existimet, sententiam nobis suam perscribat, deinde, si forte retinendum porro esse in Livonia censuerit, unde pecunia desumenda sit, aperiat.

Literas eas ad Illustres Dominos Pomeraniae<sup>1)</sup> Duces transmittet Illustritas Vestra, si id opus esse iudicaverit. Quapropter exemplum quoque illarum Illustratit Vestrae mittimus, ut facilius de eo, an et quando mittendae sint, Illustritas Vestra statuere possit.

1) *Barnim IX, Ioannes Fridericus et fratres eius.*

*Annexum: litterae ad duces Pomeraniae.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustres Principes, Domini, Amici et Consanguinei nostri Charissimi.

Adfertur ad nos quotidie Illustrum Dominum Ericum Ducem Bruns- vicensem cum exercitu intra fines propemodum Illustratum Vestrarum ingressum esse rationemque itinerum suorum ita instituere, ut etsi quo deinceps sit progressurus, certum esse non possit, tamen non desint homines, qui ipsum in Prussiam velle irrumpere asseverent. Quod etsi plane nobis non sit verisimile Illustratatem eius, quae et nuper admodum studia sua exercitusque sui nobis ultro deferebat, et antea vetere adhuc nobis sanguinis necessitudine coniuncta sit, et nec a nobis unquam laesa existat, nec hostile hactenus nobis quicquam denunciet, tam repente eorum omnium posse oblivisci, nec ullius ex iis rationem ducere, tamen cum nulla in rebus eiusmodi diligentia reprehendi debeat, nos quidem per literas nostras Prussiam provinciam nostram, quam maxime potuimus, excitavimus, ut in omnem occasionem intenta rebus suis invigilet et se ad removendas has copias, si forte eo adducantur, ostendat non esse imparatam.

A Vestris autem quoque Illustratibus, pro mutua necessitudine nostra et eo iure, quo nobis Illustrates Vestrae obstrictae sunt, petimus, ut hunc exercitum transitu ditionum suarum quam maxime prohibeant, et si quid difficilius ingruerit de eo, communicato cum Illustri Principe Prussiae Consiliariisque et Ordinibus illarum terrarum nostris consilio,<sup>a)</sup> diligenter prospiciant nosque adeo de omnibus rebus certiores faciant. Bene valere Illustrates Vestras cupimus. Datum Vilnae, die II Septembbris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a) *verbum suprascriptum.*

b)-c) *manu propria.*

*Annexum IV: exemplum litterarum ad Ericum ducem Brunsvicensem.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps. Domine, Amice et Affinis noster Charissime.

Cum ad nos indies afferentur rumores Illustratatem Vestram cum exercitu in vicinia versari, etsi certum habere non poteramus, quo potissimum esset processura, tamen cum memoria repeteremus et veterem familiae nostrae cum familia Illustratatis Vestrae coniunctionem ac necessitudinem, et recentia quoque erga nos ipsius Illustratatis Vestrae studia, quae nobis tam sua ipsius, quam copiarum istarum suarum, ad omnem nostrum usum ac necessitatem per Illustres Principes Prussiae ac Megapoliae Duces,<sup>1)</sup> amicos nostros charissimos, deferebat, nihil eiusmodi poteramus de Illustritate Vestra suspicari, quod nobis hostilitatis alicuius opinionem creare posse videretur. Quo etiam nunc animo de Illustritate Vestra profecto sumus, praesertim cum neque nos causam ullam Illustrati Vestrae dederimus, quominus in coepita erga nos et optima voluntate sua perseveret, neque Illustritas Vestra quicquam eiusmodi nobis denunciavit, quod legitime a generosis animis solet fieri, unde nobis cum Illustritate Vestra aliquid controversiarum intercedere possemus suspicari.

Nunc cum rumores de adventante propius ad ditiones nostras exercitu Illustratatis Vestrae ad nos quotidie adferuntur, etsi, ut diximus, persuadere nobis de Illustritate Vestra nihil possumus alienum a coniunctione et necessitudine, quae nobis cum Illustritate Vestra intercedit, alienum etiam a benevolentia nostra in Illustratatem Vestram et recentibus vicissim ipsius erga nos studiis et officiis et, quod summum est, alienum ab ea ratione, quae est ingenuorum hominum et inprimis christianorum Principum inter ipsos propria, qui controversias omnes suas non barbarico more, sed legitime persequi consueverunt. Tamen hoc totum,<sup>a)</sup> quicquid ad nos in hoc genere adferebatur, significandum esse Illustratati Vestrae putavimus postulantes ab ea, pro iure necessitudinis mutua nostrae et eius benevolentiae, quam semper exhibere Illustratati Vestrae parati sumus, ut exercitum hunc ne propriis ditionibus nostris admoveat populosque nostros non modo incommodis et periculis, quae ex licentia militum evenire possent, sed omnino omni metu et formidine vacuos faciat. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die II Septembbris, anno etc.

a) *verbum: totum expunctum esse videtur.*

1) *Ioan. Albertus et fratres.*

Vilnae, 3.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de malevolis erga se Erici ducis Brunsvicensis conatibus, de quibus  
tamen, nulla a se data occasione, persuaderi sibi vix posse scribit.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menkenius, N. CCV.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Pergratum est nobis studium Illustritatis Vestrae in denunciandis his conatibus, quos videtur Ericus Dux adversum ditiones nostras suscepisse. Nos sane quae sit in hoc genere opinio nostra, ante diem fere tertium Illustritati Vestrae perscrispimus, persuaderi videlicet adhuc nobis non posse ipsum, nulla a nobis laccessitum iniuria, hostile aliquid adversum nos p[re]se ferre. Sed tamen ne haec, quae nunciantur, pro nihilo habuisse videamur, scripsimus propere ad omnes terrarum nostrarum Prussiae Ordines, ut provisis maxime Istulae omnibus aditibus, et portibus ac propugnaculis munitis, ipsi sint in armis hostilesque omnes impetus summoveant quam possent maxime. Deditimus et ad Senatum Regni nostri literas, per celeres tabellarios dimissas, eorumque sententias de adhibendo huic malo remedio quaesivimus. Inprimis autem, an restium literas, quibus universa Regni ditionumque nostrarum militia indicitur, scribi et per territoria omnia dimitti ac publicari oporteat.

Quod nos sane remedium praesentissimum ad propulsandos hostes traditum a maioribus nostris accepimus. Nam mercenarium militem, quem stipendiis hactenus nostris conduximus, multis de causis Mosco opponere necesse habemus. Qua de re tota etiam sententiam Illustritatis Vestrae cognoscere avemus. Inprimis autem, si restium literae decretae per Senatum fuerint, putetne Illustritas Vestra nos ipsis bello interesse, sic enim solitum est, oportere. Nobis quidem ipsis id videtur maxime fore necessarium. Interea quicquid istic emerserit, ad nos Illustritas Vestra diligenter, ut facit, et copiose perscribat.

Nos plane cum eam rem attentius cogitavimus, demirari satis non possumus, qui factum sit, ut cum tot per Germaniam et paternis atque avitis necessitudinibus, et recentibus etiam amicitiis atque clientelis abundemus, a nemine tamen ante id tempus de his consiliis atque conatibus certiores facti simus. Eam vero admirationem nostram illa etiam altera admiratio superat, quod ne ipsis quidem quicquam Illustritati Vestrae ante id tempus significatum sit his de rebus, cum tamen Illustritas Vestra necessitudinibus, amicitiis, clientelis universam prope Germaniam complevisse videatur. Utut est, Illustritatem Vestram necessitatibus ipsis, si qua incubuerit, magnopere nobis persuademus pro sua parte non esse defuturam. Quam optime valere cupimus. Datum Vilnae, die III Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

Vilnae, 4.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
ut in defraudatores theloniorum suorum Samogitiensium animadvertisatur.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

*Exposuerunt nobis Generosi Ioannes Wydra, Vexilifer Cawnensis, et Andreas Ilgowski, theloniorum nostrorum Samogitiensium Administrari et Exactores, plerosque homines mercatores ex territoriis Iurborcensi et Oriskanensi, que territorio Illustritati Vestrae ad praesens obligata sunt, declinando stratas publicas et loca exactioni theloniorum deputata, solitos esse inusitatibus itineribus omne genus mercis et peccoris extra fines licentiose atque audacter traducere. Ac ea licentia non contenti, etiam servis praefatorum Exactorum ad custodiam theloniorum adhibitis caedes atque verbera insolenter minari.*

*Que cum ad indignitatem nostram et ad diminutionem detrimentumque vectigalium nostrorum vergant, postulamus ab Illustritate Vestra, serio demandet Praefectis suis, in primis vero Ragnetensi, ut ab eiusmodi licentia homines istos severe prohibeat ac gravioribus poenis contra per fugas eiusmodi et defraudatores vectigalium nostrorum interpositis publice edicat, ut et stratas publicas et loca exactioni vectigalium designata isti observent. Si quos porro praefati Exactores nostri eo nomine apud quoscunque Praefectos Illustritatis Vestrae accusaverint iusque sibi de illis dici et iustitiam administrari postulaverint, id ut sine ulla extractione temporis fiat ac severius in transgressores animadvertisatur. Praeterea mandavimus eisdem Exactoribus, ut in territorio Oriskanensi, veteri consuetudini intendendo, custodiam theloniorum collocent. Proinde et id quoque illis prae Illustritatis Vestrae Praefectis liceat, demandare dignabitur. De reliquo cupimus Illustritatem Vestram recte valere et floribus quibusque rebus perfungi. Datum Vilnae, quarta die mensis Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>*

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

Vilnae, 6.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de Georgio a Baisen ad ducem Ericum Brunsvicensem misso, quem  
primum ad ducem Albertum divertere iussit.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menkenius, N. CCXV.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Mittimus Generosum Georgium a Baisen, aulicum nostrum, cum in-*

structione ad Ducem Ericum Brunsvicensem. Cui mandavimus, ut pri-  
mum ad Illustratatem Vestram diverteret instructionemque nostram  
Illustritati Vestrae exhiberet, ut videret, an quid praeterea addi aut  
mutari in ea oporteat. Quare ab Illustritate Vestra petimus, ut eum  
omnibus rebus, quae ad recte conficiendam hanc legationem pertinent,  
instruat suoque nomine collegam ipsi adiungat, qui una profecti ea  
agant coniuncto nomine, quae maxime ad rem praesentem accommodata  
esse videbuntur. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum  
Vilnae, die sexta mensis Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri  
**XXXIV.**

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 908.

Vilnae, 9.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de Erici ducis Brunsvicensis malevolis erga se conatibus, qua in re  
consilium expostulat.  
(Cum schedula adiuncta)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 1, K.318.  
Iam ed.: Menkenius, N. CCXX (sine schedula)*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

In his rebus, quas ad nos Illustritas Vestra de Illustri Principe  
Erico Duce Brunsvicensi saepe et copiose perscribit, utrumque probamus  
in Illustritate Vestra: et studium ipsius singulare erga nos, quod nobis  
nunquam facere testatum praetermittit, et praesens atque expeditum  
consilium. Nobis quidem sic videtur Ducem eum, quemcunque is praetextum  
adferat adventus ad nos sui, omni ope nostra reprimendum  
esse. Timendos enim prorsus esse Danaos, etiam dona ferentes, arbitramur.  
Neque autem suspicione gravi carere res potest, quod is, qui  
non modo a nobis accersitus non fuit, sed etiam opera ipsius, quam  
nobis ultro deferebat, visa sit nobis hoc tempore non necessaria, sicuti  
ex nostris et Illustritatis Vestrae et Illustris Domini Alberti Megapolensis  
Ducis literis potuit cognoscere, nihilominus huc venerit et exercitu  
stipatus fines ditionum nostrarum invaserit, eiusmodi praesertim crepans  
sermones, quales nobis ab Illustritate Vestra perscrubuntur.

Recte igitur facit Illustritas Vestra, et ut porro idem faciat, illam  
magnopere etiam atque etiam hortamur, quae illum Istulae transitu  
prohibere constituerit in eoque opera et auxilio subditorum quoque  
nostrorum ut decreverit. Qua de re nos quoque ipsi ante dies aliquot  
literas ad eos dedimus, ut communis cum Illustritate Vestra consilio illum  
et transitu prohibeant et, quantum possunt, extra suos fines summovere  
tantisper, dum nos illis auxilia summittimus. Quod nisi nos eius necessi-

tudinis ratio permoveret, quae nobis cum Brunsvicensi Familia arcta, ut scit Illustritas Vestra, intercedit, nos quidem tractationi ulli locum vix relinqueremus et e vestigio omnibus nostris viribus ad summovendum hunc exercitum progrederemur. Quanquam ne id quidem plane neglegimus, dummodo quae sit de eo Senatus Regni nostri sententia, cognitum habeamus.

Ac videmus nos quidem idem illud, quod scribit Illustritas Vestra, malum esse studio et opera eius prorsus ad rem nullam uti velle, peius etiam in eo, quod ipse defert, uti velle. Sed praeter id, quod res ipsa tota nobis est pernolesta, quanam interim alia ratione consilium nostrum expediamus, quam ut conatibus istis repugnemus, non videmus.

Nam de annuo stipendio, quod ad nos Illustritas Vestra desumptum ex Serenissimi Regis Daniae<sup>1)</sup> exemplo perscripsit, primum volumus, ut id secum Illustritas Vestra etiam atque etiam consideret, an id satis cum dignitate nostra sit futurum. Summa enim duorum milium florinorum non conturbamur, ut, si ita visum fuerit, ornare illum hoc eiusmodi annuo stipendio magnopere dubitemus, sed illud providendum esse existimamus, ne id non tam per benevolentiam nostram obtentum a nobis, quam metu extortum esse videatur. De quo cum sententiam Illustritatis Vestrae cognoverimus, nos quoque ipsi considerabimus. Interim Illustritas Vestra et rebus et officio suo ne desit exercituique huic et ad Istulam, et ubi potest, maxime obsistat.

Nos, ut diximus, primum nomen ipsum Brunsvicensis Familiae, nobis coniunctissimae, non nihil remoratur. Ad quod accedunt denique haec nondum satis explicata Lituanica negotia, quae privatorum plerisque simultatibus et dissensionibus quotidie involvuntur. Ad extremum autem Comitiorum Regni cogitatio nos tenet occupatos. Et tamen ne sic quidem officio nostro deerimus, et si Lituanica negotia cito, ut speramus, explicaverimus, ante Comitia adhuc fortassis istuc excurremus,. Sin minus, Ductores iam nunc et Gubernatores Mariemburgensem et Culmensem Palatinos<sup>2)</sup> designamus, quorum dicto copiae ditionum nostrarum, quae istic coactae fuerint, in omnibus pareant atque obediant. De illis, qui se ab alia parte Regnum nostrum invadere minitantur, iam pridem inaudiimus finitimosque paratos esse iussimus. Si quid certius ad nos adferetur, neque nos Illustritatem Vestram celabimus et ab ipsa vicissim, si qui in eo genere habuerit, certiores fieri volumus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, die IX Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri anno XXXIV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Fridericus II.*

2) *Achatius Czema et Ioannes Dzialynski.*

#### *Schedula adiuncta:*

Ad Ducem Ericum designavimus Internuncium Generosum Georgium a Baisen, aulicum nostrum, quem ad Illustritatem Vestram divertere mandataque et instructionem nostram Illustritati Vestrae exhibere iubebimus, ut consilio ipsius et mandata nostra exequatur et collegam aliquem adiunctum habeat, sive ex Palatinis nostris Prussiae, sive ex aliis, qui maxime ad eam rem accommodatus Illustritati Vestrae videbitur.

Vilnae, 10.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de aulico suo Georgio a Baisen ad Ericum ducem Brunsvicensem misso,  
cui postulat, ut dux aliquem ex suis adiungat.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.  
Iam ed.: Menckenius, N. CCXXIV.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Mittimus ad Illustrum Principem Dominum Ducem Ericum Brunsvicensem aulicum nostrum, Generosum Georgium a Baisen, cum collega, quem illi Ordines Prussiae adiungendum duxerint. Mandamus autem illi, ut ad Illustritatem Vestram diverteret et, exhibita instructione nostra, sententiam quoque ipsius Illustritatis Vestrae exquireret, ad quem modum potissimum mandata nostra exponere deberet. Gratum nobis Illustritas Vestra fecerit, si eum et de omnibus rebus instruxerit, quae nobis, qui longius absumus, tam cognitae esse non possunt, et aliquem praeterea illi adiunxerit, qui cum eo una legationem nomine Illustritatis Vestrae obeat et studio ac diligentia sua res nostras et Illustritatis Vestrae, atque adeo terrarum illarum, ex fide administret. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die X Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

Vilnae, 11.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de internuntio suo ad Ericum ducem Brunsvicensem misso deque annua  
pensione eidem duci assignata, cuius tamen militari opera ob aerarii  
difficultates uti se non posse repetit.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.  
Iam ed.: Menckenius, N. CCXXVI.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Per Generosum Georgium a Baisen, aulicum nostrum, quem ad Illustrum Dominum Ericum Brunsvicensem Ducem mittimus, constituimus Illustritati ipsius pensionem annuam duorum millium talerorum, ut re

ipsa intelligat studium suum ingratum nobis non esse. De admittenda Illustritate eius ad stipendia nostra, etiamsi voluntas nostra accederet, facultates tamen nulla ratione id ferre possent, redacto ad magnas difficultates et angustias aerario nostro. Itaque principio admonenda erit Illustritas eius, ut cum exercitu regrediatur, in quo si difficilior fuerit, quam ut sibi persuaderi patiatur, nos sane potius quam cum Principe nobis veteribus necessitudinibus coniunctissimo et, ut videtur, nomini nostro addictissimo, bellum geramus, non recusaremus, si aliter fieri non posset, ut eas arces eaque territoria, quae in Moscorum aut Suecorum potestate sunt, invadat et oppugnet, si modo exercitum non per ditiones nostras ducere, id enim nulla ratione possumus concedere, etiamsi damni infecti quam plurimis literis caveretur, sed mari velit transportare.

Sed haec et caetera Illustritas Vestra, quantum maxime e re nostra publica fore existimaverit, providebit Internunciumque nostrum, quem ad Illustritatem Vestram divertere cum mandatis et instructione nostra iussimus, omnibus rebus ex sententia sua instruet, quae ad recte conficiendam hanc legationem maxime pertinere videbuntur. Ei autem Internuncio nostro volumus, ut aliquis ex Palatinis nostris Prussiae adiungatur ex sententia Illustritatis Vestrae, qui nostro nomine cum eo una legationem obeat. Praeterea autem Illustritatem Vestram hortamur, ut sua<sup>z)</sup> quoque ipsa nomine sive Doctorem Ionam, sive quem alium, quem esse maxime accommodatum existimaverit, iis apponat, qui illis nomine Illustritatis Vestrae in legatione obeunda adsit et consilium impartiatur. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die XI Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

N. 911.

Vilnae, 13.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de duce Curlandiae [Gotthardo Kettler]; de duce Erico Brunsvicensi,  
militem a se conscriptum offerente, cuius tamen opera ob angustias  
aerarii rex uti nequit; de induciis cum Moscho; de milite Veterano,  
et aliis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CCXXX.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Quod serius ea, quae Cownae polliciti fueramus, ad Illustrum Do-  
minum Curlandiae Ducem submittantur, multiplicibus negocis curisque*

nostris, quibus in dies magis ac magis immergimur, imputari debet. Mitimus eo tamen in praesentia Nobilem Christoferum Conarski, aulicum nostrum, cui cum alia quaedam, quae ad hoc negocium pertinere videntur, in mandatis dedimus, tum ut militibus stipendia numerentur, pecuniam subministrari curavimus.

Quod nos Illustritas Vestra ad amplectendum cum Serenissimo Rege Daniae<sup>1)</sup> foedus adhortatur, nos quidem in sententia perstamus ac negotium, quantum fieri potest, urgemos, ut haec nuper inter nos inita amicitia confirmari ac in perpetuum stabiliri possit. Cuius quidem rei causa Commissarios nostros Stetinum in Pomeraniam denuo ablegavimus, et ea, quae Sundii perfici non poterant, primo quoque tempore ibi perficiantur. In Livonia quidem contra communem hostem, quantum vires nostrae ferunt, agimus ac porro acturi sumus.

Quod autem de Illustri Duce Erico Illustritas Vestra nobis scribit, cupere videlicet Illustritatem eius stipendia nobis facere atque operam suam contra quosvis hostes nostros polliceri, etsi non desint qui hoc studium Illustritatis eius aliter interpretentur, qui et de sermonibus Illustritatis eius et de conatibus nonnullis, et denique de vita ipsius anteacta, rumores passim spargunt, nos tamen hunc animum Illustritatis eius facile in optimam partem interpretaremur, si quomodo per angustias ac difficultates aerarii nostri praestare possemus, ut earum copiarum, quas Illustritas eius adduxit, opera uteremur. Cum id autem praestare prorsus nequeamus, hortabitur Illustritas Vestra Illustritatem eius, pro ea quae inter Illustritates Vestras intercedit affinitate, primum ut Illustritas eius, si quidem gloriae cupiditate teneatur, contra christiani potius nominis hostes vires experiatur suas. Nos autem, qui Illustritati eius veteribus necessitudinibus coniuncti sumus, amicorum potius numero quam hostium censeri velit, amotoque ex terris et ditionibus nostris exercitu, subditos nostros omni formidine liberet.

Quoniam autem eo nomine hunc militem se conscripsisse affirmat, ut nobis contra hostes nostros auxilio esse possit, etsi nos Illustritatis eius operam ad hanc rem nunquam requisivimus, immo quoties eam nobis detulisset, semper refragati sumus, ut tamen hanc animi sui promptitudinem non ingratam nobis esse perspiciat, ex consilio Illustritatis Vestrae duo millia talerorum quotannis ex aerario nostro Illustritati ipsius assignari iussimus, si modo nulli se unquam adversum nos stipendia facturam esse sponsonderit.

Deinde si forte ea pensione Illustritas eius contenta esse nolit, non recusamus insuper, si quidem Illustritati Vestrae idem quoque videatur, quin illi a civitatibus ac Ordinibus Prussiae munus aliquod honorarium conferatur. Postremo si in hac sententia perstat, ut operam suam quoquo modo nobis navare velit, si quidem adduci non potest, ut cum exercitu regrediatur, tum aut in Livonię quidem navibus exercitum, si libuerit, transportet, terra enim iter exercitui concedere nequaquam possumus, ibique stipendiis suis eas arces et castella oppugnet, quae sunt in Moscica aut Suecica potestate, aut vero nos, quoniam totum hunc exercitum propter aerarii angustias alere non possumus, potius quam nullam a nobis oblati sui studii rationem habitam esse queri possit, duo vel tria, ad summum quatuor peditum millia inde deducemus eosque ad stipendia nostra, si aliter fieri non posset, admittemus.

Quoniam autem inducias cum Moscho constitutas habemus, tempusque praeterea hybernum instat bello gerendo minime idoneum, non existimamus nos opera eius militis, antequam ver adveniat, commode uti

posse. Interim autem, dum ver adventat, militibus, si quidem sit necesse, partem stipendii, quam illi Wargelt dicunt, numerari curabimus, ut nobis primo vere praesto sint ad tempus, quod illis quidem tempestive significaturi sumus. Nunc autem pacatis agminibus ditionibus nostris excedant et dilabuntur. De quibus quidem rebus omnibus ex Nuncio nostro, quem ad Illustritatem eius misimus, Illustritas Vestra cognoscet. Iussimus enim, ut is primum ad Illustritatem Vestram divertat ac de omnibus mandatis nostris cum Illustritate Vestra communicet.

Quod Veieranum militem attinet, ne nobis quidem ipsis consultum videtur, ut eum hoc tempore missione data dilabi patiamur. Commisimus itaque inter caetera eidem Christofero Conarski, qui eo ad persolvenda militibus stipendia cum pecuniis ablegatus est, ut illis nostro nomine renunciet nos ultra hos tres menses, in quos conducti fuerunt, quartum praeterea addituros ac stipendia illis esse numeraturos. Operam denique daturos, ut in longius quoque tempus, si rationes aerarii nostri patiantur, conduci possint.

Reliquum est, ut, quemadmodum Illustritatem Vestram antehac per literas requisivimus, ita nunc quoque ab ea postulamus, velit cum Consiliariis nostris terrarum Prussiae, tanquam in communi periculo, consilia conferre eumque militem Istulae transitu quam maxime prohibere, ac denique, quid opus facto sit, pro sua prudentia deliberare. Ut autem eo celerius literae ultro citroque deferri possint, admoneri iussimus eius negotii Praefectos, ut equos semper ad manum habeant atque omni cura, ne qua mora in illis fiat, provideant. Tandem Illustritatem Vestram bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XIII mensis Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri anno XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Fridericus II.*

N. 912.

Vilnae, 14.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de malevolis Erici ducis Brunsicensis moliminibus et de Regno contra  
eum, si opus fuerit, defendendo; de nuntio suo in Livoniam misso.  
(Cum schedula adiuncta de eadem re)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.*

Superioribus literis, quas proxime ad Illustritatem Vestram dedimus, cum ad omnia fere, quae nuperime nobis ab ea perscripta sunt, respondimus, tum ea quoque, quae novissimis Illustritatis Vestrae literis continentur, attigimus. De non evocanda contra has Illustris Dicis Erici copias universa Regni militia idem nobis, quod Illustritati Vestrae, videatur. Scripsimus itaque Palatino Siradiensi, Maioris Poloniae Praefecto,<sup>1)</sup> daret operam, ut provinciae illius homines arma quam primum capes-

sant ac iis Ducis Erici copiis, si quid hostile moliantur, sese opponant. Compertum quidem habemus Regni nostri incolas in retinendis suis illis iuribus (ex quibus hoc unum est, ne citra Regis praesentiam ad bellum cogi possint) aliquando esse pertinatores. Quicunque tamen eventus nostrum hoc consilium sequetur, intra paucos dies futuri sumus certiores.

Ac quod Illustrem Ducem Ericum attinet, speramus Suam Illustritatem conditionibus a nobis oblatis acquieturam. De quibus quidem omnibus tam ex literis novissime a nobis acceptis, quam ex Nuncio nostro, quem ad Illustrem Ducem Ericum missimus,<sup>z)</sup> Illustritatem Vestram iam ante edoctam esse arbitramur.

In Livoniam quoque eorum omnium causa, quae a nobis hactenus postulata sunt, Generosum Christopherum Conarski, aulicum nostrum, iam pridem amandavimus. De equis autem ad usum veredariorum semper ad manum habendis, neque pecuniis eo nomine ultra fas exigendis, eius rei curatores et iam antea et nunc denuo admoneri iussimus. Tandem Illustritatem Vestram bene ac feliciter valere cupimus. Datum Vilnae, die XIIII Septembbris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

1) *Ioannes Kościelecki.*

#### *Schedula adiuncta:*

Post eas conditiones, quas Illustritas Vestra ex Internuncio nostro, Georgio a Baisen, et ex literis nostris, quas ad Illustritatem Vestram XII eius mensis dedimus, cognoscet, scire avemus, quo animo Dux Ericus erga nos fuerit. Quod si Illustritas Vestra viderit Polonico milite opus esse, citissime ad nos perscribat, ut eum militem, quem stipendiarium in Ducatu Masoviae habemus, eo quam primum ablegemus.

Scripsimus etiam pridem ad Capitaneum Maioris Poloniae Generalem ab eoque et reliqua nobilitate postulavimus, nec enim id per leges imperare potuimus, ut ad restinguendum illud quoque Prutenicum incendium, si opus esse viderint, occurrant sociaeque et foederatae provinciae studium et operam suam praestent, pro sua erga nos observantia et in socios ipsos benevolentia. Confidimus esse facturos. Datum Vilnae, XV Septembbris.

#### *N. 913.*

*Radomiae, 15.IX.1563.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*a duce certior fieri cupit, quomodo res se habeat cum expeditione bellica Erici ducis Brunsvicensis.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.318.*

Vilnae, 22.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro fratribus Wietwiński (Wieczwiński), quorum bona hereditaria a sub-  
ditis ducis illegitime occupantur.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CCXXXVIII.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine Charissime.*

Nihil equidem de Illustritatis Vestrae erga nos studio et voluntate dubitamus, quae iam dudum nobis perspecta et explorata est, minus etiam multo de iustitia illius et aequitate, ac in iure unicuique reddendo fide atque diligentia. Proinde vel non perferri ad illam literas nostras, quibus toties subditi nostri, Nobilis Nicolai Wieczwinski, et fratum eius, litis participum, causam illi commendamus, vel perlatas non reddi existimamus. Itaque nunc ad eandem Illustritatem Vestram hunc, qui has bona fide de manu in manum reddat, Adamum Cossmacewski, Cubicularium nostrum, mittimus, quique ab eadem responsum repetat, ut tandem sciamus, et quid subditis iisce nostris, quorum causa saepe multumque a Senatoribus nostris appellamus, respondeamus, habere tandem aliquando possimus.

Queruntur enim subditi ii nostri bona sua haereditaria Withramow et Salki, quae maiores sui non legitime vendiderant, non legitime a quibusdam subditis Illustritatis Vestrae occupari, nec sibi de iis ius redi propter diuturnas et eas, ut illi aiunt, frivolas iudicium comperendinationes, amicitiae et consanguinitati, qua fere omnes illi possessoribus sunt coniuncti, id tribuentium.

Quapropter Illustritas Vestra nobis id erat pollicita, celerioris administrandae iustitiae causa, se in eam provinciam, in qua haec ipsa bona sunt, aliquem ex consilio suo esse missuram, qui nihil gratia, nihil favore, nihil ullo alio affectu commoveatur, sed solum ius et aequum spectet et iudices autoritate Illustritatis Vestrae in officio contineat. Quod ut faciat, etiam atque etiam postulamus, seque hac atque etiam nos ipsos toties eadem de re quiritantium<sup>z)</sup> subditorum nostrorum molestia liberet. Facturam certo nobis persuademos. Cupimus eandem Illustritatem Vestram optime valere. Datum Vilnae, die XXII Secunda Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*iterum de Paulo [Scalichio], cuius negotium pro finito habet; pro alci-  
bus ("Elentiere") et pro notitiis ad Ericum ducem Brunsvicensem  
spectantibus gratias agit.*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.318.*

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzlieber her undt vatter,  
Eur Liebden sein mein fruenlich gruss, auch als liebs undt guet zuvor.

Ich hab Eur Liebden 3<sup>a)</sup> schreyben in aller fruenlichkeit enfangen  
undt erstlich daraus nach leng verstanten, was Eur Liebden mit pewister  
person in pewisten handel ausgericht und die guet anwurt und ver-  
trostung,<sup>b)</sup> so Eur Liebden in diessen handel pekumen; dergleichen<sup>c)</sup> auch Eur Liebden hoches und fruenliches erpieten hinvieran auch nicht  
in ier erwinden zu lassen, um welches alles ich Eur Liebden zu hochst  
fruenlichen danck sag. Wils die zeit mein leben wieder um Eur Liebden  
mein hochsten vermegen nach wieder verdienen; was mier aber unmug-  
lich, pit ich Got den heren, das er ein reiher pelaner sey hie zeitlich  
und dort ewig. Got der her wel auch sein gotlich segen geben, das man  
den also nachkum, wie man sich erpeden hat und es auch die<sup>d)</sup> hochste  
not erfaderet, weil ich auch aus Eur Liebden schreiben so vil vernimb,  
das man si zu teil hat enschuldigen wellen. So pit ich Eur Liebden auf  
alle lieb und fruenschaft, mier vertreylich zu pericht an allen scheich,  
was die enschuldigung gewesen ist, dan mit grunt wiert, ab<sup>e)</sup> Got wil,  
keine verhanden sein. Wieder hab ich aus Eur Liebden schreyben ver-  
stanten Eur Liebden enschuldigung, warum mier Eur Liebden pisher nit  
geschrieb, mit welcher ich ganz wol zufrieden und an not, sich deshalb  
zu enschuldigen.

Aus Eur Liebden ander schreyben hab ich auch gleichfal als nach  
lengen verstan, was Doctor<sup>f)</sup> Paulumb pelang. Eur Liebden ausvierliche  
anwurt wiel, den nummal ich<sup>g)</sup> Eur Liebden auf<sup>h)</sup> sollen handel gnue-  
samb geanwurt undt pericht, wil ich solhes also peruen lassen, ganz  
fruenlich pitten, was von mier pisher peschen, nit anderst als in all  
gueten und fruenschaft aufzunemen, dan Got weis solhes aus truen  
herzen und Eur Liebden zum pesten geschehen,<sup>i)</sup> dan Got erkent mein  
herz, mit was truen undt fruenschaft ich gegen Eur Liebden genait pin.  
Darauf megen sich Eur Liebden gewislich verlassen.

Was die ellent pelang, pedanck ich mich auf das fruenlichest der  
gehabten fleis. Ist mier aber leit, das si gestarben sein. Pit auch in fal,  
das nur eins verhanden, Eur Liebden, das selbig nit vortzusicken, sunder  
pis auf kunftig jar pehalden lassen und fleis vierwenden, ob mer zu  
pekuuen, dan ich weis<sup>j)</sup> gewis, keyserliche majestet zu grosser fruent-  
schaft von Eur Liebden an worden nemen.

Was Eur Liebden lezdes schreyben<sup>k)</sup> pelang, darin mier Eur Liebden  
so hochen danck sagen um mein pesuechnung, ist ganz an not, dan solhe  
pillich von<sup>l)</sup> mier peschicht als der<sup>m)</sup> pluitverwandtschaft zu zwissen  
unsser ist, undt wolt Got, ich kint in vil ein grosseren mein fruenlich  
gemuet und herze erzeigen, es solt an mier nit erwinden.

Ich hab auch aus Eur Liebden schreyben auch also von mein hof-

meister allen pericht verstanten, was den herzog von Praunschweig pe lang. Due mich solhes pericht fruenlich pedanck und hor geren, das solhes pisher an sunder schaden ab ist gangen. Got der her wels hinvieran auch als zue<sup>n</sup> pesten sicken.

Das alles hab ich Eur Liebden zu fruenlicher anwurt nit wellen vorhalden und due Eur Liebden auch zu wissen, das die romisch kungliche majestet<sup>1)</sup> nun diess jar die triet kron in Ungeran enfangen, Got der her geb sein majestet vil glick und heil darzu. Amen.<sup>o)</sup> Damit due ich mich Eur Liebden als die trueherzig tochter pefelhen. Datum Radom, den 24. tag Setembris.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

- |  |  |
|--|--|
| a) pro expuncto: zwey suprascriptum.   | i) praecedit expunctum: geche                          |
| b) correctum ex: verstrotung           | j) in ms. wies   |
| c) praecedit expunctum: w (?)          | k) supra lineam.                                       |
| d) praecedit non expunctum: 1          | l) sequitur expunctum: mer                             |
| e) suprascriptum pro expuncto: win (?) | m) sequitur expunctum: i                               |
| f) indistincte scriptum.               | n) verba: als zue suprascripta sunt pro expuncto: alzu |
| g) supra lineam.                       | o) indistincte scriptum.                               |
| h) correctum ex: aus vel viceversa.    | 1) Maximilianus II                                     |

N. 916.

Vilnae, 28.IX.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia ducti

de commissariis ad causam damnorum silvis suis Iurborgensibus illatorum diiudicandam ex parte sua iam institutis, ex parte vero ducis instituendis.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.318.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem omnemque ac perpetuam foelicitatem.

Cum saepius perforatur ad nos de variis plurimisque atque adeo haud mediocribus ac levibus damnis ac detrimentis sylvarum nostrarum Iurborgensium, quae continue inferuntur a subditis etiam nostris, agrestibus pariter atque oppidanis, Iurborgensibus, Illustrati Vestrae hypothecae nomine a nobis traditis et concessis, idque maxime contra constitutionem determinationemque certorum Commissariorum nostrorum, super ea re factam definitamque, operae precium igitur visum est nobis, ut utrinque, tam a nobis quam ab Illustritate Vestra, certi Commissarii deputati illuc mittantur, qui non minus de damnis ac detrimentis sylvarum nostrarum, verum etiam de omnibus iniuriis cum Praefecti nostri sylvestris Iurborgensis, Martini Podskarbski, tum etiam subditorum nostrorum, utrinque datis et acceptis, secundum iuris formam cognoscant iusque debitum ac iustitiam indilatam reddant atque ministrent.

Itaque nominatim hosce Commissarios a nobis ad eam rem mitten dos esse duximus ac decrevimus, quemadmodum et mittimus, Generosum Mathiam Pethkowicz, ministrum a poculis, necnon tenutarium

Skierstomensem Rosenensemque, ac Hieronimum Quileczki, scribam thesauri nostri tenutariumque Iasvonensem nobis fideles dilectos. Illustritas vero Vestra itidem ex parte sua, quos libitum fuerit, Commissarios mittat, qui Commissarii utrinque mutua communicatione inter se facta, tempore et loco certis designatis, pariter convenient deque iis omnibus, ut praemissum est, iudicialiter cognoscentes ius atque iustitiam finalem ac indilatam administrent et faciant, utque deinceps ac in posterum a talibus ausis temperetur, id modis omnibus diligentissime provideant et caveant. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram pro nostro erga illam non minus singulari affectu ac necessitudine salvam ac semper foelicem esse ex animo cupimus. Datum Vilnae, die XXVIII Septembris, anno MDLXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a).b) manu propria.

N. 917.

Vilnae, 29.IX.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de ducis Erici Brunsicensis copiarum ex finibus Regni regressione  
et de sua erga illum, non obstantibus multis iniuriis ab illo sibi  
illatis, humanitate et lenitate; de negotio Christophori ducis Mega-  
polensis deque humanitate sua illi demonstrata.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Conatus Ducis Erici iam inde, cum primum ad ditiones nostras non vocatus cum exercitu adventare dicebatur suspecti nobis erant, cum propter se, quod res ipsa gravissima suspicione carere non poterat, tum propter eos denique rumores, qui ad nos a multis de eo varii afferebantur. Itaque dabamus operam, ut eos conatus omni qua possemus ratione a ditionibus nostris averteremus, id quod sane tum instituendis cum eo amicis tractationibus, propter nostram erga familiam ipsius benevolentiam et propter eam spetiem, quod amici ac socii Principis nomen prae se ferre videbatur, tum denique ditionibus ac subditis nostris ad arma excitandis testatum satis esse factum arbitramur. Quoniam autem a suscepta semel solicitudine nostra ne nunc quidem vacui ac liberi esse possumus, dum illum adhuc intra dominiorum nostrorum fines versari intelligimus, idcirco et vigilantiam Illustritatis Vestrae summe approbamus, quae neque arma deponere, neque ab Istula tuenda discedere adhuc constituit, et ut porro consilium ac propositum Illustritatis Vestrae universi Prussiae Ordines imitentur, magnopere volumus et iubemus.

Neque enim aut conditioni cum Gedanensibus, ob mutuum acceptum pactae, aut iis etiam conditionibus, quas per Internuncium nostrum ad illum nuper detulimus, usque adeo fidendum esse arbitramur, ut, dum

fines nostros prorsus non egreditur, aliquid de coepita cura ac vigilantia nostra tuto remittere possimus, quod cum Gedanensibus quidem pacta conditio in mobili ingenio parum virium habitura esse videatur, nostrae autem conditiones, quoniam ad illum nondum ab Internuncio nostro delatae sunt, quo animo ab illo suscipiantur, sciri adhuc intelligique non possit. Ac Gedanensium quidem factum in mutua danda pecunia, et si timoris ac trepidationis cuiusdam significationem habere videatur, quae res nec illorum nomine satis digna esset, nec nobis aliqui magnopere placeret, tamen quod ex omnium Ordinum consilio atque adeo gravissimis de causis, ut scribit Illustritas Vestra, susceptum esse dicitur, ut in rebus subitis ac improvisis, interim approbamus, tanti autem esse, ut securi in utraneque aurem dormire iam possimus, profecto non arbitramur, nisi id aganus, ut eas copias, quae in ditiones nostras influxerunt, quam primum ex finibus nostris amoveamus.

Ut enim caetera omittamus, verendum sane esse arbitramur, ne eae copiae desperatione reditus per easdem regiones, per quas huc transierant, qui reditus ex his rebus, quas ad nos Illustritas Vestra perscribit, factus esse videtur difficilior, aliquid eiusmodi tentare cogantur, quod Reipublicae nostrae incommodo fore videatur, praesertim si iis, ut videatur, in Hungaria sit contendendum.

Quam ob rem Illustrati Vestrae cum Illustribus Pomeraniae<sup>1)</sup> Duplicibus agendum esse existimamus, ut transitum, quem iis copiis ad nos euntibus citra voluntatem nostram per ditiones suas concederunt, permittant iisdem voluntate nostra a nobis redeuntibus, accepta ab illis eiusdemmodi cautione de non nocendo, qualem ante acceperant, aut si praeterea tutius rebus suis volunt consulere, permissa iis non effuse universis, sed turmatim et vexillatim singulis transeundi facultate, sic ut ditiones tantum nostrae quam primum iis copiis levatae ac liberatae esse videantur.

De Internuncio nostro, quem Illustritas Vestra recedentes has copias cum mandatis nostris subsequi iussit eique collegam ex suis adiunxit, probamus consilium Illustritatis Vestrae. Illud modo advertendum iis maxime esse existimamus, ut quascunque ad Ducem Ericum nostro nomine conditiones detulerint, ea ratione se deferre aperte significant, ut copias universas confestim dimittat, aut cum iis ex ditionibus nostris recedat e vestigio ac regrediatur.

De Duce Christophero Megapolensi, quod a nobis Illustritas Vestra quaerit, an sibi per nos licere possit se cum Illustri Domino Ioanne Alberto Duce huic negocio interponere, nos quidem et si, uti Illustritas Vestra non ignorat, multis a Duce Christophero iniuriis, quae nos in diversam sententiam vocare videntur, affecti simus, tamen ob memoriam Illustris familiae ipsius, quam iam pridem apud nos habemus charissimam, ob communemque adeo humanitatem et mansuetudinem ipsam nostram, quam etiam auget misericordia aetatis ipsius, quae consilia ipsius temeritate magis juvenili quam malignitate suscepta adversum nos videri facit, summo iure agere cum illo non constituimus, eas tantum iniurias eaque incommoda persecui ab eo clementer decrevimus, quibus per id tempus pro summis nostris erga illum beneficiis affecti ab eo sumus. Sicut enim humanitatis et lenitatis laudem retinere studemus, ita soluti ac remissi animi suspicionem in nostra dignitate et popolorum nostrorum incolumitate vindicanda fugere ac vitare prorsus decrevimus. Quod cum ita sit, per nos quidem Illustrati Vestrae liberum esse volimus, ut una cum Illustri Domino Ioanne Alberto Megapolensi Duce

eas rationes quaerat atque investiget, quibus nobis, conservata humanitatis atque clementiae laude, possit pro acceptis iniuriis plane satisfieri. In quo confidimus Illustratem Vestram, sicut solet, maximam dignitatis nostrae pro suo erga nos studio atque officio habituram esse rationem. Bene valere Illustratam Vestram cupimus. Datum Vilnae, XXIX die mensis Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Barnim IX, Ioannes Fridericus et fratres eius.*

N. 918.

Radomiae, 4.X.1563.

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro vino, butyro et caseis sibi missis, necnon pro notitiis ad Ericum ducem Brunsvicensem pertinentibus, gratias agit.*

(Germanice)

*Sigill. XIII.*

H B A, B 1, K.318.

N. 919.

Vilnae, 5.X.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de ducis aegritudine; de tumultibus Sueticis.*

*Sigill. VIIa.*

H B A, B 1, K.318.

*Iam ed.: Menckenius, N. CCXXXII.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Cum literas ab Illustritate Vestra accepissemus ad vigesimam sextam Septembrios datas ex Insula Mariana, ex quibus de invaletudine Illustratatis Vestrae cognovimus, maiorem opinione dolorem cepimus. Nam et terras illas, si quid humanitus Illustrati Vestrae acciderit, optimo Duce ac Principe, et filiolum Illustratis Vestrae dignissimo parente, et nos ipsos fidelissimo amico ac consiliario, orbari plane sine summa acerbitate ac dolore ferre non possemus. Rempublicam autem quoque ipsam morte atque obitu tanti viri et Principis maximo damno ac detimento, his praesertim temporibus, affectam esse crederemus. Quam ob rem pro nostro incredibili erga Illustratam Vestram amore ac benevolentia Illustratam Vestram rogamus et hortamur, ut, postpositis rebus omnibus,

valetudinem unam diligenter curet detque operam, ut se quam primum et nobis et terris illis et Reipublicae toti, et vero filio lo in primis suo, cuius adhuc tenera aetas paterna cura ac provisione magnopere indiget, firmum ac valentem restituat. Quod nos quidem, etsi Illustritatem Vestram pro sua prudentia singulari summa cum diligentia facere arbitramur, tamen pro nostro summo eius rei desiderio praetermittere non potuimus, quin nostro quoque nomine Illustritatem Vestram hortaremur. Ad eam vitam, ad quam se Illustritas Vestra recipere videtur, satis adhuc erit temporis, cum Deo visum fuerit Illustritatem Vestram illuc advocare. Nos quidem verendum esse non arbitramur, ne Illustritas Vestra non satis tempestive in illud concilium pervenerit, etiam si, quod nos maxime optamus, tardissime se hinc receperit. Interea videat Illustritas Vestra, ut indies valetudinem suam magis ac magis confirmet. Hoc nobis eo tempore nihil potest facere gratius.

Quae de Suedicis tumultibus Illustritas Vestra ad nos perscribit deque ea inhumanitate, quae a Rege in fratrem, affinem nostrum, dicitur proficiisci, intelleximus. Quoniam autem haec aliunde quam ex literis ipsius Illustritatis Vestrae intelligere non potuimus, Illustritas autem Vestra unde haec hauserit, ad nos non perscribit, expectare parumper decrevimus, dum de eo aut ab ipsa Illustritate Vestra iterum, aut ab aliis plenius cognoscamus. Etsi enim, si ita res haberet, consilium Illustritas Vestrae sequi omnino decrevimus, tamen nisi rebus bene cognitis et perspectis tentare quicquam in eo apud Serenissimum Daniae Regem<sup>1)</sup> nobis quidem adhuc non videtur. Interim pergratuum nobis est, quod Illustritas Vestra se ad Serenitatem ipsius de eo suo nomine significat perscrpsisse. Cupimus Illustritatem Vestram ex hac, in qua est, ad optimam quam primum valetudinem pervenire. Datum Vilnae, die V Octobris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Fridericus II.

N. 920.

Vilnae, 11.X.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de ducis recuperata valetudine; de tractationibus pacis Rostochii insti-  
tutis; de recessu ducis Erici Brunvicensis; de duce Christophoro;  
de causa homicidae cuiusdam, ducis subditi.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CCXXXXV.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Etsi literae Illustritatis Vestrae aperte nobis non nunciant id, quod alioqui nobis iucundissimum foret, de recuperata valetudine Illustritatis Vestrae, tamen quoniam silentio eam rem praetereunt, nos autem et ex subscriptione literarum manu Illustritatis Vestrae et ex sermone*

Internuncii ipsius intelligimus Illustritatem Vestram ex morbo, quo se antea oppressam esse querebatur, convaluisse. Gratulamur plurimum Illustritati Vestrae Deumque ipsum quaesumus, ut eam re faxit Illustrati Vestrae quam maxime diuturnam. Salutem enim et incolumitatem Illustritatis Vestrae tum nobis ipsis, tum Reipublicae, ac in primis terris illis Prussiae, existimamus esse magnopere utilem ac pernecessariam.

Quod ad nos scribit Illustritas Vestra institui Rostochii tractationes pacis inter Daniae et Sueciae Reges<sup>1)</sup> mutuo exacerbatos, quodque addit, ut nos quoque rebus nostris in his tractationibus ne desimus, gratum est nobis ab Illustritate Vestra. Etsi autem illud magnopere nostra intererat, ut ad quem diem eae tractationes instituta sint, scire intelligere possemus, ut rebus nostris commodius per tempus prospiceremus, tamen ne sic quidem officium nostrum praetermissuri sumus Commissariosque ad eam rem designabimus, qui nomine nostro gerendis illis negociis interesse possint, aut vero etiam eos ipsis ablegabimus, qui proxime Sundii et Stetini cum Commissariis Danicis in communibus negociis coierant. Quos sane ad tuendam causam nostram ad eum prorsus modum instruemus, quem ex literis Illustritatis Vestrae intelleximus.

Ducem Ericum recessisse cum exercitu editionibus nostris gaudemus. Quod autem eum Illustritas Vestra properasse scribit in recedendo, vellemus, ut in eo tantam alacritatem adhiberet, ut eum Internuncii nostri assequi non possent. Cum enim ad nos de iis damnis adfertur, quae istic ab exercitu ipsius hominibus nostris sunt illata, propemodum poenitere nos incipit tam benignam adversus illum editam esse animi nostri significationem. Cupimus autem ab Illustritate Vestra certiores fieri obsides, quos septem ab eo datos fuisse scribit, cuinam dati fuerint.

De Duce Christofero significavimus antea Illustritati Vestrae mentem animumque nostrum. Agat igitur Illustritas Vestra, quod ex nostra Reique nostrae Publicae utilitate ac dignitate fore existimat. Quod autem a nobis Illustritas Vestra petit, ut Gasparo Brukendorff, qui pugione Vansovicem, aulicum et militem nostrum, in convivio perfodit, gratiam eius caedis faceremus, id quidem nos Illustritatis Vestrae causa non gravate faceremus. Verum cum et ille, qui interemptus est, optime de nobis in iis obsequiis, in quibuscunque versatus est, meritus fuerit, et fratres ipsius nobiles homines nobisque in iisdem obsequiis nostris obeundis magnopere commendati, vehementer apud nos instent, intelligit ipsa Illustritas Vestra licitum nobis non fore ad extremum aliud sequi, quam quod iure ac legibus praefinitum fuerit. Interea tum Illustritatis Vestrae causa, tum nostra quoque ipsorum misericordia, rem, quoad maxime possimus, extrahimus ac ad omnia, quae in hoc negocio per nos et Consiliarios nostros geruntur, Internuncium ipsum Illustritatis Vestrae adhibemus.

Mittimus etiam in manus Illustritatis Vestrae mandati literas ad Generosum Ioannem Kostkam, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium, ut summam pecuniae, quam Illustritati Vestrae debemus, ad ferias Divi Martini ex collecta contributione persolvat. Nam ad Palatinum Marienburgensem eiusmodi literas dare non potuimus, quod is pecuniam nostram aut publicam non soleat tractare. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die XI Octobris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri anno XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

1) Fridericus II et Ericus XIV.

a)-b) manu propria.

N. 921.

Vilnae, 17.X.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Melchiore Pruski, in causa eius contra Ioannem Buchholz (in ms.  
Bucholtz), qui super nonnullis aedibus coniugis eiusdem Pruski Re-  
giomonti arrestum ac pignorationem contra ius posuit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Cum annexo in eadem re)  
H B A, B 1, K.318.*

N. 922.

Vilnae, 21.X.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de repudiatis a duce Erico Brunsicensi stipendii regii conditionibus  
valde miratur; ad bellum navale cum Sueco gerendum imparatum  
se esse asserit; Gedanensibus aliisque privatis facultatem concedere  
in mari Suecos intercipiendi.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.  
Iam ed.: Menkenius, N. CCLI.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Quod scribit Illustritas Vestra de non acceptis a Duce Erico sti-  
pendii nostri conditionibus, permirum nobis accidit. Quae enim a sola  
liberalitatis nostrae in eum testificatione, nullo aut debito aut necessi-  
tate, proficiscebantur, ea plane gratissimo animo acceptum iri ab eo  
existimabamus, in eoque, uti Illustritatem Vestram meminisse arbitra-  
mur, magis sane verebamur, ne id quasi per metum a nobis extortum  
esse videretur, quam ut ab eo repudiaretur. Sed tunc quidem persua-  
sionibus et consilio Illustratatis Vestrae adducti fuimus, ut illi stipendum  
id constitueremus. Nunc autem, cum ad nos crebris subditorum nostro-  
rum ex Prussia atque adeo Consiliariorum ipsorum literis affertur dam-  
nis non mediocribus provinciam illam ab exercitu ipsius affectam esse,  
non prius de omni ratione stipendii istius aut augenda aut constituenda  
sententiam nostram explicare possumus, quam ex Generoso Georgio  
Bazinski, quem ad ipsum cum mandatis nostris miseramus, omnia, quae  
ibi acta sunt, plene cognoverimus. Quicquid autem in hoc genere facien-  
dum decreverimus, non faciemus inscia Illustritate Vestra.

Regem Suetiae<sup>1)</sup> non tam ex literis, quam ex factis ipsis, hostili atque  
inimico adversum nos foederatosque nostros esse animo iam pridem  
cognovimus. Eas enim nobis animi sui significations dedit, quae aper-  
tissimas inimicitias prae se ferunt. Eum nos quidem reprimere stude-  
mus, quantum maxime possumus, idque etiam porro, per Dei gratiam,  
non minore studio facturi sumus. Verum quod ad navale bellum geren-

dum invitamur, id quidem ipsa Illustritas Vestra intelligit esse ultra nostram facultatem. Plane enim ab omni nautico instrumento, praesertim bello idoneo, imparati sumus. Praeterea autem nullum in hoc genere divisorum maiorum nostrorum exemplum habemus, quod suscipiendo navalii bello invitemur. Illud tamen in eo non praetermisimus, quod Gedanenses et quosdam alios privatos homines ex maritimis nostris civitatibus excivimus, ut il pro arbitrio suo, instructis ac ornatis ad eam rem navibus, Suecos ultiro citroque commeantes in mari intercipient, a quibus quidem, ut scit Illustritas Vestra, non segnes hactenus navata est opera. Itaque faciemus iterum atque iterum, ut plures etiam ad simile officium excitemus, nisi forte pax, quae ostendi videtur, coierit.

Quo quidem si ventum erit, non intermittemus Commissarios nostros Rostochium mittere cum conditionibus, quas Illustritas Vestra perscribit, dummodo ab arbitris ipsis certiores facti fuerimus. Interim et Gedanenses fidei ac officii illorum admonebimus et ad Curlandiae Ducem<sup>2)</sup> literas dabimus, quos utrosque portus ac munitiones praesidiis maioribus firmare iubebimus. Vestra autem quoque Illustritas Illustrum Megapolensem Ducem<sup>3)</sup> per literas iterum atque iterum admoneat, ne quem transitum militi Germanico per ditiones suas in Sueciam permittat. Quod quidem iam semel Illustritatem eius fecisse libenter ex literis Illustritatis Vestrae cognovimus.

Alexandro a Suchten, quem nobis Illustritas Vestra commendat, quantum maxime per leges poterimus, libenter auctoritate nostra aderimus. Nunc quidem id fieri non potuit. Quae ad nos Illustritas Vestra de rebus novis perscribit, agnoscimus in eo studium erga nos et diligentiam Illustritatis Vestrae. De Duce Finlandiae<sup>4)</sup> nos quidem, post illas Illustritatis Vestrae literas, nihil audimus. Expectamus aliquid a Duce Curlandiae, ad eum enim de eo perscrispimus. Vestra Illustritas si quid etiam habuerit, ad nos sine mora perscribet. Quam bene valere cupimus. Datum Vilnae, die XXI Octobris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Ericus XIV.*

2) *Gottardus Kettler.*

3) *Ioannes Albertus.*

4) *Ioannes.*

N. 923.

*Radomiae, 8.XI.1563.*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duct  
petit, ut dux in negotio hereditatis uxoris medici sui, doctoris Ruperti  
Fink, operam suam interponat.  
(Germanice)*

*Sigill. XIII maius.*

*(Annexum: Supplicatio Ruperti Fink ad reginam Catharinam)  
H B A, B 1, K.318.*

Varsaviae, 15.XI.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de rationibus Ioannis Tęczyński in Sueciam projectionis, ex qua rex Daniae inanes suspicione concepit; de salario duci Erico Brunsvicensi non augendo.*

*Sigill. VII.*

*(Annexum: Exemplum litterarum ad regem Daniae de 16.XI.1563)*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menckenius, N. CCLXII (sine annexo)*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Gratum nobis fuit officium Illustritatis Vestrae, quod nos de iis rebus, quae ad se a Serenissimo Danorum Rege perscribuntur, fecerit per literas certiores. Etsi enim quaedam varie narrantur ab auctoribus variis, tamen nos, qui in expectatione fuimus cognoscendi nonnullas res ex iis, quas nunc ex literis Illustritatis Vestrae percepimus, studium erga nos Illustritatis Vestrae grato, ut debuimus, animo accepimus cumquisque, ut occasionem nullam deinceps praetermittat, qua nobis possit eiusmodi studium declarare.

Scribimus ad Serenissimum Regem Daniae eique suspicionem omnem eximere conamur, in quam adduci Serenitatem eius a nonnullis ex ea projectione Magnifici Comitis in Thęczyn, quam in Suetiam instituerat, scribit ad nos Illustritas Vestra. Earum literarum exemplum ad Illustritatem Vestram mittimus. Legatis autem Illustritatis Vestrae, cum huic advenirent, ipsas quoque literas ostendi iubebimus, quas nos ad praefatum Comitem quasque item Comes praeformat ad nos per id tempus dabat de hac in Sueciam projectione sua. Unde intelligi poterit praeter voluntatem nostram profectum illum esse. Illustritas Vestra nos quoque in levanda hac suspicione apud Serenitatem eius diligenter adiuvabit.

De augendo Erici Ducis salario nos quidem Illustritatis Vestrae studium in optimam partem accipimus, ipsum vero Ericum Ducem vehementer demiramus. Nam cum nos, adducti maxime persuasionibus Illustritatis Vestrae, stipendum illi satis liberale constituissemus, de quo tamen nunc etiam a Senatoribus nostris reprehendimur, quod is, qui nobis insciis atque adeo nolentibus exercitum intra fines nostros adduxisset, non salario remunerandus fuisse videatur. Ille tamen literis salarii acceptis, nec perfuncta ea cautione, quae literis ipsis annexa fuit, salarium sibi tamen augeri postulat. Quod nobis sane videtur esse periniquum. Itaque habebit nos Illustritas Vestra excusatos, quod postulatis Illustritatis Vestrae satisfacere in eo non potuimus. De eo autem, quod is mutuum sibi remitti a Gedanensibus postulat, nos quidem, quid in utramque partem ab illis respondeatur, minus laboramus. Ut enim aes illud alienum insciis nobis contractum fuit, ita qua potissimum ratione dissolvatur, non existimamus nobis esse valde laborandum.

Ad Comitia Regni nostri quod Prussiae Ordines accersivimus, summa non tantum ratione, sed etiam necessitate adducti fecimus. Cum enim decreto Comitiorum superiorum Petricoviensium constitutum esset, ut rationes unionis et exequutionis in Comitiis superioribus inchoatas ad

exitum dederemus, ad idque omnes, quorum res ageretur, ad Comitia accerseremus, Prussiae profecto Ordines praetermittere nec potuimus nec debuimus, quod ad eos unionis et exequutionis ratio maxima ex parte pertinere videretur. Itaque et accersivimus illos quidem et Comitiis ipsis omnino adesse voluimus, ut praeter caetera urbis etiam Gedanensis adversus hostiles machinationes muniendae consilium ab eis exquireremus, de qua recte nos ab Illustritate Vestra existimamus submoneri. De hospitiis profecto quod a nobis Illustritas Vestra postulare visa est, ita iis provideri iubebimus, ut intelligat sui a nobis non potestrem esse habitam rationem. Illustratatem Vestram bene valere cupimus. Datum Varscheviae, XV die Novembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*Annexum:*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo, eadem gratia Daniae Regi etc. Serenissime Princeps, Domine, Frater et Affinis noster Charissime.

Intelleximus ex literis Illustris Principis Alberti in Prussia Ducis, consobrini nostri charissimi, profectionem Magnifici Ioannis Comitis in Thenczin, Palatini Belzensis, quam in Sueciam proxime instituerat, in nonnulla suspicione apud Serenitatem Vestram esse, quasi ea aliud quidam quaesitum sit, quam prae se ipsa ferre videbatur, praesertim cum legationem eiusmodi praetenderet, quae rebus ipsis, quae in Suecia nunc geruntur, minime conveniret. Quam ob rem faciendum nobis existimavimus, ut de ea profectione ipsius sententiam quoque nostram Serenitati Vestrae exponeremus.

Principio igitur illud non obscure fecimus Oratorem illum a nobis designatum cum mandatis nostris fuisse, sed primum eo adhuc tempore, quo cum Serenitate Vestra praeter commune et rebus illud bonaे vicinitatis atque affinitatis vinculum, nulla privatae alicuius societatis necessitudine astricti essemus. Id ita esse et tempus literis adscriptum et ratio ipsa legationis institutae, quam Serenitati Vestrae exhibitam esse scimus, abunde potest demonstrare.

Deinde autem illud profitemur totam legationem ipsius potissimum Comitis causa decretam a nobis ac constitutam fuisse. Cum enim nos per Dei gratiam in eo loco esse intelligeremus, ut a Suedorum terroribus non magnopere metuere debeamus, nulla sane nobis necessaria causa esse potuit instituenda tunc temporis legationis istius. Sed cum is Comes cupidum se esse Suedicarum nuptiarum nobis ostenderet, nos autem hominem iuvenem et esse iam quasi certa<sup>z)</sup> illarum nuptiarum irretitum, a nuptiis, quas nunquam probabamus, vi legum nostrarum, quae hominibus nobis subiectis libera esse prorsus in omnes partes orbis terrarum matrimonia voluerunt, avocare non possemus, fecimus eo maxime postulante, ut illi legationem hanc honestandi magis ipsius, quam rebus nostris proficiendi gratia, decerneremus. Quam tamen legationem, ut primum de societate cum Serenitate Vestra ineunda tractare cepissemus, revocavimus ipsique omnino interdiximus, ut ne in Sueciam hoc tempore proficiuceretur, nec legationem amplius illam nostro nomine obiret. Nunc etsi utrumque in illo non probamus, et profectum

videlicet illum esse et legationem nostram prae se tulisse, tamen alterum gravius, ut debemus, accipimus legationemque illum assimulavisse indigno prorsus ferimus animo. Idque ita esse, quantum maxime per leges Regni nostri poterimus, declarabimus, ubi redierit.

Interea ut Serenitas Vestra suspicionem omnem, quae nobis societate nostra indigna, ex hoc ipsis facto oriri forte posset, aboleat ex animo de nobisque sibi omnia socii et amici Regis officia persuadeat ac polliceatur, cupimus. Quoniam autem ex iisdem literis Illustris in Prussia Ducis intelleximus Illustrem Principem Dominum Ioannem Ducem Finlandiae, affinem nostrum charissimum, a fratre Rege captivum abductum esse, Vestrae autem Serenitati pro mutua amicitia et coniunctione nostra curae fore, ut inde quam primum possit liberari, etsi de eius Ducis captivitate varii ad nos nuncii adferuntur, tamen nos voluntatem Serenitatis Vestrae erga affinem nostrum gratissimo animo accipimus ab eaque petimus, ut de iis rebus, quae circa eum fiunt ac geruntur, certiores nos subinde faciat, et si quo inadverso casu teneatur, demonstret Serenitas Vestra se illi, vel nostra saltem causa, non esse defuturam. Nam nos quoque populis Serenitatis Vestrae, qui sunt in Livonia, nec defuimus proximis istis temporibus, nec deinceps defuturi sumus. Bene valere Serenitatem Vestram cupimus. Datum Varscheviae, die 16 Novembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIV.

z) sic in ms.

N. 925.

Radomiae, 1.XII.1563.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de valetudine ducis certior fieri cupit.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.318.

N. 926.

Varsaviae, 5.XII.1563.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut pro duce Finlandiae Ioanne, iuxta rumores a rege Sueciae in captivitatem abducto, et pro sorore sua, eiusdem ducis coniuge, auctoritatem suam apud regem Sueciae interponat.  
(Cum schedula adiuncta)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.318.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine et Consobrine noster Charissime.

Pertristes ad nos rumores adferuntur Illustrem Principem Domi-

num Ioannem Finlandiae Duce, affinem nostrum charissimum, a fratre Suecorum Rege<sup>1)</sup> captum et in custodiam abductum esse. Quidam vero his etiam tristiores rumores ipsum, cum in captivitatem duceretur, quod globo bombardario ex brachio ictus esset, mortem obiisse. Illustrissimam autem sororem nostram, coniugem ipsius, atque omnis fortunae partipem, in luctu ac maerore apud Regem illum esse. Quod totum, ita uti varie tum narrabatur, varie ex Serenissimi Daniae Regis,<sup>2)</sup> tum et Illustritatis Vestrae literis intelleximus. Nec postea quicquam est consecutum, quod nobis meliora nuntiaret. Ex quo fit, ut non mediocriter perturbemur, tum adversis istis casibus sororis affinisque nostri, tum immanitate hac et feritate Suecorum Regis, qui nulla neque sanguinis neque generis sui ratione habita, impotenti animo ad ferarum prope morem in obvium quemque irruit omnibusque malis atque incommodis afficit eos, quos tueri imprimis et servare debebat. Qui sane dolor noster hoc est etiam nobis acerbior, quod cum sororis huius affinisque nostri causa omnia facere cupiamus, in eius tamen hominis potestate eos esse videmus, cui nos scribere neque propter inimicitias, quas cum illo iniuriis provocati exercemus, debemus, neque propter ipsius intollerabilem superbiam inducere in animum possumus.

Quam ob rem, etsi aliorum quoque hominum auxiliis ad sublevandam fortunam necessariorum nostrorum non destituamur, tamen quod Illustritatis Vestrae magnam esse debere apud Regem illum autoritatem, si modo is aliquid humanitatis adhuc retinet, nobis persuademus, ab Illustritate Vestra etiam atque etiam petimus, interponat in eo autoritatem hanc suam Regemque illum admoneat, ut et fratrem suum pietate naturali complectatur et sororem nostram, quam nos eius quoque rogatu in illas terras ablegavimus, hoc luctu ac maerore liberet, neque committat, ut ad veteres iniurias hanc etiam nobis apponat novam, ut sicut antea in possessiones nostras pedem contra omne ius inferebat, ita nunc propinquis affinibusque nostris manus violentas adferre videatur. Praetereaque etiam Illustritas Vestra consilium nobis suum impertiat, quid nobis porro in hoc genere faciendum esse existimet. Pluribus verbis uteremur, si aut necessitudo nostra cum familia Illustritatis Vestrae plura desideraret, aut res ipsa moram nimis longam ferre posset. Erit nobis offitium hoc Illustritatis Vestrae gratissimum. Quam bene valere cupimus. Datum Varscheviae, V die Decembris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrisit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Ericus XIV.*

2) *Fridericus II.*

#### *Schedula adduncta:*

Et quoniam propter bellicos istos nostros tumultus certi adhuc plane nihil intelligere possumus, quid de hoc Illustri Domino Finlandiae Duce agatur, et quemadmodum res Illustritatis ipsius se habeant, rogamus Illustritatem Vestram, ut, quicquid de ea re cognitum habet, eius nos quoque participes faciat.

N. 927.

Varsaviae, 8.XII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberti in Prussia ducis consiliarii  
mandat eis, ut ante omnia ducis valetudinem current et custodian.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

Sigismundus Augustus etc.  
Generosi, gratae dilecti.

Quo in loco sit hoc tempore valetudo Illustris Principis Domini, consobrini nostri charissimi, nos audimus, Generositates autem quoque Vestrae non ignorant. Quae res cum nobis admodum sit tristis et acerba, tum propter eam coniunctionem et necessitudinem, quae nobis valde acta <sup>z)</sup> cum Illustritate eius intercedit, tum etiam propter ea commoda, quae ex consiliis Illustritatis eius ad omnes nostras Regnique ac dominiorum nostrorum oportunitates capiebamus, mittimus ad Illustritatem cum literis nostris, testibus amoris ac benevolentiae nostrae, postulamusque a Generositatibus Vestris, ut pro officio suo, quod Illustritati eius debent, omnia e medio amoveant, quibus animus Illustritatis eius aut conturbari aut a cura valetudinis, quae Illustritati eius hoc tempore debet esse praecipua, avocari possit, excident autem et erigant Illustritatem eius, quantum possunt maxime, in spem bonam fore, ut per Dei gratiam non multo intericto tempore convalescat viresque et firmitatem pristinam recuperet, omniaque adhibeant, quae ad confirmandam Illustritatem eius pertinere videbuntur. Hoc neque nobis gratius, neque officio suo convenientius quicquam Generositates Vestrae facere poterunt. Datum Varssoviae, die VIII mensis Decembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXVIII.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

*In dorso: Generosis et Strenuis Illustris Principis Domini Alberti in Prussia Ducis Consiliarii, gratae nobis dilectis.*

<sup>z)</sup> sic in ms.

N. 928.

Varsaviae, 10.XII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci*

*de regis Daniae suspicionibus, ob legationem Ioannis Tęczyński in Sueciam ortis, iam extinctis; de ipsa Ioannis Tęczyński legatione; de aequabili omnium, tam Prussorum quam Polonorum, in executione legum habita ratione; de ducis Christophori negotio, quod sine ducis Megapolensis [Ioannis Alberti] Varsaviam adventu expediri nequit; de milite Germanico in Livonia dimittendo.*

*Sigill. VIIa.*

*(Cum schedula adiuncta)*

*H B A, B 1, K.318.*

*Iam ed.: Menkenius, N. CCLXXV (sine schedula)*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Cum literas iam ad Illustritatem Vestram missuri essemus eas, quibus solitudinem nostram de Illustritatis Vestrae valetudine testamat facimus, redditae sunt nobis aliae ab Illustritate Vestra, ad quas ita breviter respondemus.

Primum probamus factum Illustritatis Vestrae, quod literas nostras de Comite Tencinensi, ad Serenissimum Regem Daniae<sup>1)</sup> scriptas, non misserit. Etsi enim ex literis superioribus Illustritatis Vestrae ita intelligebamus necessario nobis suspicionem, ex hac Comitis legatione in animo Serenitatis eius exortam, diluendam esse, eiusque potissimum rei gratia literae illae a nobis ad Serenitatem eius scriptae ac ad Illustritatem Vestram missae confestim fuerint, tamen cum hoc tempore suspicionem omnem sua sponte extinctam esse Illustritas Vestra nobis significat, dedimus hoc tum intercessioni Illustritatis Vestrae, tum precibus etiam Senatus nostri, pro Comite ad nos factis, ut alias literas moderatius scriptas ad Serenissimum Daniae Regem decreverimus, quibus a Serenitate eius postulamus, ut Comitem, hominem iuvenem et amplificandae veteris domesticae ac maiorum suorum laudis cupidum, cuius sibi viam pactione Suedicarum nuptiarum patefactam esse intelligebat, nullo malo consilio in Suetiam profectum, liberum nostra causa dimitti iubeat.

Cuius rei apud Illustritatem eius obtinenda hoc maiorem spem habemus, quod literas quoque a Serenitate eius proxime acceperimus, quibus quicquid nos velle in eo genere cognoverit, sibi quoque gratum fore Serenitas eius ad nos perscribit. Quas nostras ad Serenitatem eius literas per Internuncium nostrum missuri sumus.

Quod autem Illustritas Vestra ad nos scribit, ut in executione legum publicarum aliam Prussorum, quam Polonorum, rationem habeamus, id qua ratione fieri possit, non videmus, cum et omnium Regni nostri Ordinum assiduis vocibus, et ipso adeo officio nostro eo impellamur, primum ut Prussos item ac Lituanos, et Osveczinenses ac Zatorienses, ad unionem Regni adducamus, deinde ut, quoniam in Prussiae terris ita reditus omnes nostri publici ad privatos quosdam aversi sint, ut propter Marieburgum vix quicquam in Prussia reliquum habeamus, demus operam, ut fisco nostro ab ea quoque parte provideatur, cum dignitatis ipsius nostrae, tum etiam eorum onerum ferendorum causa, quae nos pro Republica et istic et alibi magno sumptu sustinere oportet. Ac est id quidem ab ingenio nostro alienissimum, quae semel sive a nobis sive a maioribus nostris concessa sunt, quocunque tandem ea nomine concessa sint, eadem rursus repetere, cum nos semper largiendo quam capiendo illustriores haberri voluerimus, tamen, cum nobis, ut diximus, leges publicae et officium nostrum et nostra Regnique nostri ac Reipublicae dignitas ob oculos ponatur, quibus satisfieri nisi hoc uno adhibito remedio non potest, non videmus, quomodo ab eo honeste discedere, aut quomodo Prussorum quam Polonorum aliam rationem ducere possumus.

Illustrum Dominum Megapolensem Ducem Varschoviam venire necesse esse existimamus eumque per literas ad nos accersimus. Adventum suum ut acceleret, dabit etiam Illustritas Vestra operam. Neque enim aut sine Illustritatis ipsius praesentia, aut post discessum a nobis Ordinum Lituaniae, qui profectionem hinc suam vehementer maturant, negocium Ducis Christoferi commode confici potest.

Quod de retinendis in Livonia Germanicis copiis Illustritas Vestra

scribit, ne nos quidem valde refragaremur. Sed cum neque a Livoniis ipsis, neque a Prussis, neque a quoquam hominum sumptu aliquo adiuvemur, necessitate plane ipsa adigimur ad eum dimittendum. Cum autem ipsum quoque Serenissimum Daniae Regem bonam copiarum suarum partem exauthorasse sciamus, hiberno hoc tempore adventante, non existimamus nostram etiam Germanici istius militis dimissionem Serenitati eius admirationi fore, praesertim cum in locum Germanici militis magnam his temporibus Polonorum manum in Livoniam miserimus. Sed tamen, ut diximus, sumptus si suppeditaret, non gravate ad eum militem retinendum adduci nos pateremur. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Varschoviae in Conventione Generali Regni nostri, die X mensis Decembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXIV.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Fridericus II.*

*Schedula adiuncta:*

Intelleximus adventare ad Illustratatem Vestram Illustrum Dominum Ericum Ducem et nonnullos alios ex Principibus Germaniae. Quod etsi credibile nobis non est, passuram esse Illustratatem Vestram quenquam exterorum sine nostris passuum literis in ditiones nostras venire, praesertim cum id et contra instituta omnium gentium et contra dignitatem nostram esse videretur, tamen quoniam id ita ad nos allatum fuit, admonere Illustratatem Vestram tempestive voluimus, ut ne id fieri ab illis aut a quoquam patiatur, neque committat, ut sine permissione nostra quisquam Principum extraneorum in ditiones nostras possit penetrare. A quounque enim id tentatum fuerit, is, si quid illi praeter voluntatem acciderit, sibi ipsi adscribere debet.

*N. 929.*

*Varsaviae, 10.XII.1563.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*rogat, ut dux hac ingravescente aetate sua, omnibus altis sepositis,  
valetudinem suam in primis curet.*

*(Germ., m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.318.*

*N. 930.*

*Radomiae, 15.XII.1563.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro binis litteris gratias agit; de meliore ducis valetudine gaudet.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.318.*

N. 931.

Varsaviae, 21.XII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pacificationem inter reges Daniae et Sueciae [Fridericum II et Ericum  
XIV] sine se confici non posse asserit.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Iucundum nobis fuit eum successum proelii, quod proxime in Dania  
ad Helmestetum inter Danos et Suecos commissum fuit, ex literis Illu-  
stritatis Vestrae intelligere. Deum quaesumus, ut eam rem Serenissimo  
Daniae Regi bene atque foeliciter faciat evenire. Ad nos de pacificatione  
eorum Regum identidem nescimus, quid affertur, esse videlicet quosdam  
Principes, qui in eam incumbant. Quod si fit, ab Illustritate Vestra po-  
stulamus, ut nos de eo certiores faciat. Etsi enim pacis quam belli multo  
semper studiosiores fuerimus, tamen hanc quidem pacem sine nobis  
confici minime vellemus, et ratio ipsa societatis nostrae cum Serenissi-  
mo Daniae Rege nuper initiae requirit, ne conficiatur. Mittimus prope-  
diem ad Serenitatem eius Internuntium nostrum confirmandae eius so-  
cietatis gratia, quemadmodum inter communes Commissarios nostros  
convenerat. Cui Internuntio commisimus etiam negotium Magnifici Co-  
mitis a Thęczyn apud Serenitatem ipsius nostro nomine procurare. Bene  
valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varscheviae, die XXI De-  
cembbris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>*

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

N. 932.

Varsaviae, 27.XII.1563.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
in causa Alexandri Suchtenii, medicinae doctoris a duce commendati,  
responsum promittit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.318.*

N. 933.

Varsaviae, 18.I.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Anna Pęczkowska, ne illi capitaneus Nidborgensis in bonis Komor-  
owo, patri eius Cherubin Kosmaczewski olim a duce donatis, quid  
negotii facessat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: supplicatio eiusdem Annae Pęczkowska ad ducem)  
H B A, B 1, K.319.*

N. 934.

*Radomiae, 25.I.1564.*

*Catharina regina Polonae*

*Alberto in Prussia duci*

*litteras ducis de meliori statu valetudinis se accepisse significat; gaudet medicinas a se duci missas ipsi profuisse; pro bonis auguriis ex occasione novi anni et pro donis sibi missis gratias agit.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 935.

*Varsaviae, 11.II.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro auguriis sibi ex occasione novi anni missis necnon pro aureo denario, iuxta morem et consuetudinem christianorum principum sibi a duce dono misso gratias agit.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.319.*

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber her öhem und schwoger, unsere freundtschaft und was wir meher liebs und guets vermögen bevor.

Wir haben mit sonderem gefallen Eur Liebden schreyben gelesen, darinnen sie uns erstlich ire bereywillikheit, trew und wollmeynendt gemuet gegen uns ercleren und entpfelhen, welchs wir in aller danckhbarkeit von derselben annemen und erkennen; seindt auch hinwiderumb Euer Liebden iederzeyt unsere freundtschaft beweisen willig und geneygt. Ferner wunschen uns Eur Liebden mit schenem christlichem schreyben ein gluckhseeliges newes jar und ermanen uns hoch und fleissig, auss der heyligen schrift der geburdt, leydens und schterbens unseres lieben heylandts und seeligmachers Jesu Christy, auch seiner gnedigen barmherzikeyt, die er gegen allen sundern und sunderin gebrauchet, welchs wir alles mit grossem fleiss und besonderem gefallen gelesen und eingenommen haben. Bedankhen uns gegen Eur Liebden höchlich sowoll der wunschunck zu diesem ietzigen newen jar, als auch der freundlichen und wollmeynenden erinnerung, die sie in irem schreyben gegen uns gethan haben, und zu dem, das wir solches in sonderen lusten und grossem gefallen von derselben angenommen. So wollen wir uns auch auf diese Eur Liebden gethane erinnerung in sonderheit befleissen, das wir noch unseres lieben hern und seeligmachers heiligem worth und gebott leben und wandeln möchten, dann wir zu niemandts andern unser hoffnung und trost gerichtet, allein zu im selber, wie er uns dasselb in seinem heyligen worth befolhen, da er schpricht: « Ich bin der weg, die worheyt und das leben ». Wer einen andern weg an in suchet, dieser verirret ge-

wiss. Und dieweil er der weg und das leben ist, so verhoffen wir gewis, das alle, die an inen glauben, recht und warhaftig das ewige leben bekommen werden. Darzu er uns samtblich auss seyner heyligen götlichen milde und barmhertzikheyt gnedikhlich verhelfen wölle.

Wir bedanckhen uns auch nicht weniger, das uns Eur Liebden noch dem alten christlichen gebrauch und gewonheyt mit einem guldenen denar zu einem neuen jar beschikhet haben. Ist uns fast lieb und angenehm gewesen. Wöllen auch darnach trachten, das wir uns laut Eur Liebden schreyben, so sie uns neben diesem denar genung weyltaftig aus der heyligen schrift geschrieben, verhalten und uns darnach richten. Seind auch der andern Eur Liebden zusag gewertig, die wir nicht minder in besonderem gefallen annemen und erkennen wöllen.

Die schprichworth auss der heyligen schrift, besonder auf einen zettel von Eur Liebden aufgeschrieben, haben wir auch zu genuegen eingenommen, dorauss wir Eur Liebden hertz und geneygt gemuet gegen uns geschpuret. Wöllen darnach trachten, auf das wir solche lieb, die uns Eur Liebden mit allen trewen und willikheyt beweysen, zu ieder zeyt gegen derselben und allen den iren in aller freundtschaft hinwyderumb vergleychen mögen, und sol uns Eur Liebden sambt allen iren gegen sich geneygt und willig befinden, wie sie bitzher erkhardt und hernach allwegen erkennen werden.

Wunschen hiemit Eur Liebden von hertzen ein langwirige gesondheyt und alles das, wass sie ir selbst von gott dem allmechtigen begeredt. Datum zu Warschaw, den 11. tag Febraury nach Christi geburdt im jar 1564, unseres reichs des 34. jares.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 936.

Varsaviae, 14.II.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*Thomam Koss commendat, cui Regiomonti certus fundus donatus est ad aedificandam in eo tabernam et molendinum ventile, ad quam tamen rem consensus et approbatio ducis requiritur.*  
(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 937.

Varsaviae, 25.II.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Melchiore et Anna Pruski, coniugibus, subditis suis, qui causam habent cum Ioanne Buchholz (in ms. Bucholcz).*

*(Cum schedula intercessoria pro Michaeli Gelhorn, ducis subdito)*  
(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

Varsaviae, 6.IV.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
ut certae materiae silvestres ad usum suum proprium per ditiones ducis  
sine telonei solutione transmitti possint.  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime, salutem ac omnem  
ad vota foelicitatem.*

*Illustritatem Vestram scire volumus, quod Magnificus Ostafiei Wollowicz, Curiae nostrae Marschalcus, necnon Magni Ducatus nostri Lituaniae Thesaurarius terrestris etc., per certas delegatas personas, apud quos<sup>z)</sup> hae literae nostrae fuerint, demissurus est vero<sup>z)</sup> isto flumine Nemen et aliis ducentas lastas cineris, asserum ad haec wanczos et klepek nuncupatorum ad tres sexagenarios, vulgo zachcik dictos. Quae quidem materiae sylvestres cum sint ex propriis silvis nostris elaboratae, Illustritatem Vestram amanter petimus, ut eas per loca ditionum suarum libere ubique sine quavis thelonie solutione detentioneque ulla transmitti mandet ac praecipiat. Factura Illustritas Vestra rem non minus nobis gratam atque pari vicissim officiorum genere referandam. Datum Warschoviae, VI mensis Aprilis, anno Domini MDLXIIII.*

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

<sup>z)</sup> sic in ms.

Varsaviae, 10.IV.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de extraordinaria contributione in conventu generali Vilnae decreta,  
quam ut dux quoque colligendam curet, postulat.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Postulantibus arduis negotiis et pregnante necessitate Magni Ducatus nostri Lituaniae, Conventione Generali Vilnae anno proxime elapsa habita, communii omnium Ordinum consensu contributio certa in triennium decreta atque approbata est, videlicet a singulis boum iugis triginta grossos Lituanicos, unoquoque anno numerandos. Quae collatio*

istius extraordinariae pensionis anno sexagesimo tercio ultra mille et quingentos ab Incarnatione Salvatoris nostri auspicari inque sequentibus ordine annis continuari debet.

Volumus itaque, ut in districtu nostro Iurborgensi et Nowa Wolia subditi nostri omnes contributionem eam publice constitutam, quam anno praeterito numerarunt, nunc etiam sequenti pendant. Qua de re speciales literas nostras ad eos scribi mandavimus, quas Celsitudini Tuae mittimus cupientes, ut subditis eius loci nostris publicandas curet, suisque Celsitudo Tua ibi curatoribus iniungat, quo haec pensio ad normam mandatorum nostrorum, literis nostris expressorum, ab ipsis intra dominicam Sanctissimae Trinitatis futuram labentis (64. anni) colligatur, et collecta in aerarium Magni Ducatus nostri Lituaniae remittatur. Quod Celsitudinem Tuam ex nostro et Reipublicae nostrae usu curatram minime dubitamus. Quam et diu sospitem valere cupimus. Datae Warschoviae, X die Aprillis,<sup>2)</sup> anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXIIII.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

2) sic in ms.

N. 940.

Varsaviae, 12.IV.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de Livoniae libertate a se desiderata.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini Charissime.*

Ad litteras Illustritatis Vestrae quid aliud hoc tempore respondeamus, non habemus, quam curae nobis fore, ut Livoniae provinciae, quam nobis Illustritas Vestra commendat, libertas pristina constet a nemine violata, et in Tastium, pro quo item ad nos Illustritas Vestra<sup>a)</sup> partes suas interponit, gratia nostra extet, quoad recte a nobis fieri poterit. Nunc autem statu ipso universae provinciae nondum ordinato, perdifficile nobis videbatur privatorum supplicationibus operam dare. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Warschoviae, die XII Aprilis, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

b) *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>*

a) *correctum ex: Vestrar*

b)-c) *manu propria.*

Varsaviae, 21.IV.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Leonardo Wilde, cive Gedanensi, qui litem habet cum vidua Caspari  
Lubner, civis Cauensis.  
Sigill. VI. (sic).  
H B A, B 1, K.319.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem et fraternam benevolentiam.

Expositum est nobis nomine Famati Leonardi Wilde, civis Gedanensis, quod is merces suas, ligna et cinerem, Famato Casparo Lubner, civi Cawnensi, e Lituania in Prussiam exportandas et evehendas commiserit, atque is Caspar non multo post obierit, mercibus illis perductis quidem Regium Montem, sed nondum ipsi Leonardo traditis, nec eas relictæ supradicti Casparis viduae velit tradere. Supplicatum est igitur nobis, ut supradictas merces pignorari sive arrestare permetteremus, ne forte distrahanter prius, quam ab ipso Leonardo vendicentur.

Volentes igitur ei subvenire ac de securitate mercium illi providere, praesertim quum actio illa non agatur in personam, sed in rem, nec foederibus inter Prussiam et Lituanię erectis sit contraria, Illustritati Vestrae totum negotium, quod agitur inter viduam et Leonardum, permittendum esse duximus, ita ut praesentibus permittimus, ut ea ipsa ligna sua et cinerem Regio Monte et ubi vis per competentes magistratus pignoretur et arestet usque ad decisionem litis cum supradicta vidua Caspari Lubneris<sup>z)</sup> relictā, quae se etiam ius ad easdem merces habere forte pretendit. Ceterum hortamur Illustritatem Vestram, ut sine longiore procrastinatione hanc litem prosequatur. Quod si autem tales merces, ligna, cineres distractae fuerint a vidua, facile providebit Illustritas Vestra, quo Leonardus talia damna in arrestatione fundorum, quos in Regio Monte vidua possidere dinoscitur, recuperari<sup>z)</sup> possit. Quam bene valere exoptamus. Datum Warschoviae, XXI Aprilis, anno Domini MDLXIIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

<sup>z)</sup> sic in ms.

Varsaviae, 24.IV.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Ioanne Kosmowski, aulico suo, ut ei profugi restituantur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.319.*

Łomża, 2.V.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Agneta de Sienno, vidua Stanislai Niszczycki ut ei profugi reddantur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.319.*

Łomża, 3.V.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Ecclesia Varmensi intercedit, ne piscatus anguillaris in mari Hab  
impeditatur vel prohibetur, ex quo prohibitio eadem Ecclesia magna  
damna et iacturas patitur.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.319.*

**Sigismundus Augustus etc.**  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.  
Exponi nobis fecerunt Reverendissimus in Christo Pater, Dominus  
Stanislaus Hosius, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Episcopus  
Warmiensis, eiusque Venerabile Capitulum, sincere et devote nobis di-  
lecti, esse in recenti mari, vulgariter Hab appellato, quoddam genus  
piscatus, vulgariter Keitel appellatum, quod navibus anguillaribus con-  
stet quoque nullum nec antiquius, nec finitimus regionibus atque adeo  
ipsi Regno nostro utilius reputetur. Siquidem piscatum eum multo ante,  
quam Prussia Christo nomen dedit, initium caepisse et ex eo tempore  
in hanc usque aetatem perpetuo et inviolabili usu perdurasse, eumque  
Masoviae, Cuiaviae ac aliis vicinis terris etiamnum ingentem copiam  
anguillarum affatim suppeditare. Ad haec iurum et regalium, Ecclesiae  
Warmensis nomine, Episcopum et Capitulum simul centum sex naves  
anguillares in eodem recenti mari obtinere, partim una cum origine  
atque primaeva fundatione ipsius Ecclesiae connatas, partim ex piis  
Serenissimorum Regum Poloniae, divisorum parentum nostrorum, dona-  
tionibus acquisitas, in quibus non parva emolumenta perferendis com-  
pluribus oneribus Ecclesiae peragendisque divinis officiis consistant.  
Esse praeterea ius piscatus illius constitutionibus pacis perpetuae terra-  
rum Prussiae ac pactis peculiaribus, quae inter Illustritatem Vestram  
et Ecclesiam Warmensem intercesserint, plane firmatum hactenus, ut  
contravenire illis nefas habitum sit.

Quae cum ita se habeant, nihilominus Illustritatem Vestram anno  
abhinc uno atque altero, ipso Reverendissimo Cardinale causa religionis  
christianae voluntate nostra absente, ingentem quendam, spatiosum pi-  
scatuique aptissimum sinum maris, ad territorium Baldensem pertinen-

tem, sibi suisque, aut potius nonnullorum privatorum usibus, reservare caepisse, eum fixis palis et signis erectis circumscriptis, severa simul gravi sub animadversione interminatione adiecta, ne qua navis anguil-laris piscatus causa eo penetret. Atque ita factum esse, ut id genus piscatus admodum infrequens esse caeperit ipsaque Ecclesia trecento-rum aureorum amplius in annuis proventibus iacturam fecerit, foreque brevi, nisi isti novitati occurratur, ut omnes naves anguillares pessum ire necesse habeant, quando eos, qui istac arte victimum queritant, spe soliti commodi frustratos, piscatum eiusmodi deserere atque conse-querter Ecclesiam in annuis redditibus septingentorum aureorum am-plius damno affici oportet, non sine immani cum publicae, tum privatae utilitatis detimento. Insuper Illustritatem Vestram esse per literas a Capitulo aliquoties, atque tandem ab ipso Domino Cardinale, a Sacro Concilio Tridentino domum reverso, semel eo nomine interpellatam, ut sublata quavis adeundi sinus istius difficultate navibus anguillaribus liberum ac expeditum, quocumque vellent, antiquo more cursum tenere licet. Verum nihil impetratum, quin potius dilationibus et praetensis quibusdam maioris publici boni consecuturi, si id genus piscatus omnino aboleatur, excusationibus rem extrahi.

Proinde supplicaverunt nobis iidem Dominus Cardinalis eiusque Ca-pitulum, quatenus se ab omnibus iniuriis atque incommodis sartos tectos regia autoritate conservare dignaremur. Nos itaque perpendentes aequum esse, ut suum unicuique ius integrum retineatur, eoque magis, quod Ecclesiae, cuius protectionem ad nos pertinere non ignoramus, res agatur, non potuimus de munere benignitatis regiae non supplicibus precibus eorum clementissime locum dare. Considerantes id simul, quod quae tot saeculis approbato usu, sanctionibus pacis perpetuae et pactis peculiariibus confirmata reperiuntur, observari ea ex re sit, cum publice, tum privatim. Si enim maiores nostri piscatum istum pernitiosum quoquomodo iudicassent, haud dubie pridem eum abolendum exterminandumque curavissent, nedum novis pactionum adminiculis prosequendum stabiliendumque putavissent.

Neque vero hoc dissimulandum ulla ratione nobis videtur, quandoquidem nos una cum Illustritate Vestra literas in eum piscatum libere ac expedite per totum recens mare illiusque angulos, recessus et sinus quoslibet exercendum Mariaeburgi feria quinta magna quotannis, sub sigillis nostris, dare consuevimus, si quod obstaculum eidem piscatui a quoquam iniici debeat, non posse nos aliter illud interpretari, quam quod Maiestatis nostraræ regalibus simul non parum detrahatur, quicquid Illustritas Vestra de observantia suorum regalium ipsa sentiat.

Quam ob rem requirimus et hortamur eandem Illustritatem Vestram, velit remotis quibuscumque impedimentis efficere, ut libero, aperto et expedito mari navibus anguillaribus quoquaversus piscatum consuetum exercere integrum sit ipsique Reverendissimo Domino Cardinale atque eius Venerabili Capitulo, nomine Ecclesiae Warmiensis, iuxta veterem observantiam libere uti frui iuribus et privilegiis suis permittatur atque omnia, quae in praeiuditium eorum novata quoquomodo reperiuntur, in pristinum statum restituere. Rem christiano Principe dignam, nobis vero apprime gratam factura. Quam foelicissime valere optamus. Datum Lomzae, die III Maii, anno Domini MDLXIIII, Regni vero nostri XXXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 945.

Visnae, 4.V.1564.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Anna de Niszczyce, Alexandri Iłowski, palatini Plocensis, relicta vidua,  
ut ei profugi reddantur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.319.

N. 946.

Radomiae, 13.V.[1564].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro gratulationibus et bonis auguriis gratias agit plenamque valetudinis  
recuperationem duci precatur; pro melis medicis (Pomeranzen) gra-  
tias agit.

(Germanice)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.319.

N. 947.

Cnissini, 14.V.1564.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Georgio Baranowicz, qui causam habet cum Apollonia Daczbogówna  
ratione uxoris eius Annae, eiusdem Apolloniae filiae, quae rebus  
permultis secum sublatis a marito profugit.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.319.

N. 948.

Cnissini, 15.V.1564.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se petitioni ducis, ut in negotio matrimoniali ducum Megapolensis et Cur-  
landiae operam suam interponeret, deesse non posse nuntiumque hac  
in re missurum esse significat.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.319.

Sigismundt August etc.

Durchleuchtiger furst, unser freundlicher lieber her ohem. Es ist  
ohne noth, das uns Eur Liebden wegen useres genagthen willens gegen

dem eltern herczogen von Mechelburckh,<sup>1)</sup> auch dem von Churlandt,<sup>2)</sup> so hohe tanckh sage, dann wyr dem gantzen hauss zu Mechelburckh, auch dem von Churlandt, alweg also gewogen gewesen, das wyr uberall yr frommen und bestes gerne gefordert und ferbrecht segen, welches, wie wir uns bishero zu beweisen beflissen haben, also hernocher auch zu than willig und gesinnet sein. Und was nu den hieratshandel ahntrifft, stellen wyr yhn kheyn zweiwel, es wert an seyner liebden dem hertzogen von Mechelburckh nicht mangelen, und seyn dies vorsehens zu seyner liebden, sie werde den gantzen handel zu guten ende richthen. Und so wellen wir auch ahn uns nichts lossen abgehen und bey gemeilthen hertzogen von Churlandt so viel thuen, als sich geburen wurt. Und was unsren gesanthen ahn den Churfursten zu Brandeburckh antrifft, seyn wir gesinnet, neben Eur Liebden gesanthen unserren eynen, auch der yn unserem namen intercedire, zu schicken, aber des pomerischen woiewoden<sup>3)</sup> khunnen wyr auf diesmal nicht entperen, dan wyr yn zu etlich unsren diensten brauchen entschlossen, sondern wer sunst von den unsren Eur Liebden dahin wirt gefallen, solchen wollen wir gerne darzu brauchen. Und demnach wirt sich Eur Liebden wissen zu richten, welcher wyr gutte gesundtheit und all gluckhselige wolfardt von gott begeren. Geben zu Knischin, den 15. May am yar tausentfunfhundertvierundsechzig, unser künigampts am funfunddreisigisten.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Ioannes Albertus*

2) *Gotthardus Kettler*

3) *Fabianus Czema*

N. 949.

*Bielsk, 26.V.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro admonitionibus ducis circa vitam suam privatam et matrimonialem  
gratias agit; de necessitate separationis suae a regina coniuge Catharina,  
quam propter occupationes bellicas secum habere non potest.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigmundt August etc.*

Hochgeborner furst, freundlicher lieber her öhem und schwager. Uns seindt zwen brief von Eur Liebden, einer durch den Ruskowski, der ander durch Eur Liebden diener, in unsere eigene handt uberantwortet. Auf welche das wir bitzher derselben kheine anthwort geschrieben, werden uns Eur Liebden freundlich weis entschuldiget haben, die weil wir solchs aus keiner anderer ursach gethan, allein der grossen und wichtigen gescheft halben, mit denen wir jetzt teglich verhindert, das wir solche anthwort bitz allher verlegen haben mussen. Ist derwegen

unser freundlich begeren, Eur Liebden wellen diesen verzug freundlicher meynung annemen und die schuld des verzugs diesen grossen gescheften zumessen. Wir bedanckhen uns freundlich der besuchung und wunschung, die uns Eur Liebden in beydem irem schreyben gethan und begeren auch gleichesfals von gott dem allmechtigen, derselbe wölle Eur Liebden alles das aus seiner heyligen barmhertzigkeit verleihen, was ir zu leibes und seelen heil dienet. Diss gonnen wir Eur Liebden auss rechtem hertzlichem wollmeynenden gemuet.

Das sich Eur Liebden gegen uns bedanckhen der freundlichen annehmung ires schreibens und der zugeschickten geschenckh, haben wir hertzlich gern gethan und, dieweil wir erkennen, das alles das, so uns Eur Liebden zuschicken, aus rechtem wollmeynendem gemuet und freundlicher lieb, die Eur Liebden gegen uns tragen, entschpringt, so haben wir diese Eur Liebden geschenckh und errinnerung mit desto grosserem gefallen und begir angenommen und, wo wir uns auch gegen derselben sowoll dieser geschenckh und schpruch aus der heyligen schrift gezogen, als auch aller anderer irer gegen uns bewisener freundschaft danckhbarlich erzeygen möchten, soll uns Eur Liebden iederzeit bereit und willig befinden.

Nicht weniger bedanckhen wir uns auch, das unser Eur Liebden in treu gebetten gegen dem himlischen vatter nicht vergessen, auch das sie uns errinnern, aus dieser sctim, die sie in irem gebett weitlaftig gehört und zu voraus diese, die Eur Liebden fast trubseelig gemahet, nisi rex emendaverit vitam, hoc anno morietur.

Wir wissen und behennen, das alle menschen, die auf erden leben, aus denen wir uns auch einen erkennen, sunder seindt, dann keiner nie auf erden gewesen an den son Gottes, welcher das unschuldigs lamb Gottes one sunde befunden worden ist, und erkennen auch, das alle menschen, sie seyen hohen oder nidrigen sohtandes, schterblich seindt, und haben wol zu erachten, das alle dieienigen, die fursetzlich und mutwillig in sunden leben, fil eher mit thodt abgehen und hernach in ewikheit verdammet werden. Jedoch trösten uns auch selbst als einen sunder erschtlich diese schprüch, die uns Eur Liebden in irem schreiben erzelen und vermelden, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Und alle andere sententz aus der heyligen schrift, die einem sundigen menschen, so rew und busse vor seine sunde hat, verzeyung der sunden und die barmhertzigkeit Gottes verheischen. Zum anderen auch, das wir uns ie und allwegen beflissen, auf das wir nicht vorsetzlich und mutwillig in sunde gefallen weren. Denn dieweil wir uns einen menschen erkennen, so mussen wir uns auch in sunden behennen, quoniam et justus septies in die cadit, wie die heylige schrift vermeldet. Das wir aber nicht aus fursatz in sunden khommen, bitten wir teglich Gott den allmechtigen, do wir schprechen: "fure uns nicht in versuchung, sonder erlöse uns von dem ubel". Denn das ist die greste versuchung, wan einer mutwillig in sunden lebet, dessen wir uns allwegen beflissen, das wir mit der hilf Gottes noch seinem heyligen worth leben möchten. Und ietzt ferner auf die ee Eur Liebden freundliche hertzliche und vetterliche gethane erinnerung wollen wir uns ie leger ie meher bemuehen und gott den allmechtigen darumb bitten, das er auss seiner gottlicher barmhertzigkeit unser leben und all unser than und wandeln dohin schikhen und richten wölle, das wir im zu lob und preis und zu unserer seellen seelikheit leben möchten. Das verley uns sambtlich der ewige und barmhertzige Gott. Amen.

Was anlangt die exempl, so uns Eur Liebden vom konig Ludwig und Vladislao auss Ungern und auch vom kunickh zu Franckhreich<sup>1)</sup> furgebracht, haben wir zu fermerkhen, das Eur Liebden solches uns zum besten und zu einer erinnerung gethan haben. Wöllen derhalben auf diese Eur Liebden vetterliche erinnerung unseren fleis furwenden, das wir vor unsre sunde, wie das einem ietzlichen christlichen menschen gebueret, rew und busse than und vor sunder abschtehen, denn wir bekennen selbst, das mit gott nicht zu schertzen sey.

Was aber unsre konigin und gemahel antrift, wir erinnern uns, das wir Eur Liebden als unserem bluetsverwanten, den wir uns an schtatt unseres vattern achten, die ursachen angezeigt haben, auss welchen wir von irer lieb gesondert seyen, dann Gott weis und ist unser zeug, nicht frewerlicherweis oder mutwilligen lebens halben, allein von deswegen, wie wir Eur Liebden mundlich angezeigt; wo aber Eur Liebden dieselben ursachen aus der gedechnus entpfallen, wölle uns Eur Liebden verschtendigen, so wöllen wir sie noch zum ander mol Eur Liebden anzeigen. Das wir aber diesels ietzmals zu uns nemmen sollen, haben Eur Liebden leichtlich zu erachten, mit was gescheften und obliegenden kriegen wir zu dieser zeit beladen, dan wir vor teglichen gescheften gar kheine rhue haben mögen und fast ietzunder schtetet mit dem umbziehen von einer schtell zur ander verhindert, das wir an einem orth nicht wonen können, derwegen ob wir gleich wollten, so bringt es die zeit nicht mit, das wir ietzmals dieser Eur Liebden ermanung einen genuegen than mechten.

Wir bekennen auch selbst, das dieser kleiner sieg, den unser volckh über dem feindt erhalten, nicht men, auch nicht uns, sonder der barmhertzigkeit Gottes soll zugemessen werden und, wie wir bekennen, das diese kleine victori Gott der allmechtig selbst hat verliehen, also haben wir uns auch schon mit allem unserem furnemen under seinen schutz und schurm untergeben. Tragen kheinen zweifel, wann wir noch seinem heiligen gebott leben und zu im selbst unsrer vertrawen setzen, des wir uns sovil menschlich und muglich ist, befleissen wöllen, er werde uns vor allem ubel beschutzen und beschurmen.

Ferner ist uns von Eur Liebden ein ander schreiben überanthwortet, dorin sie sich endtschuldiget, das sie irer zusag noch mit dem zuschikken der anderer denar und gebett aus keiner anderer ursach so lang verharret vor irer schwacheit halben. Deuchtet uns diese Eur Liebden endtschuldigung unnnetig, dieweil wir Eur Liebden geneigten willen und trewhertzikh gemuet gegen uns iederzeit erkhardt. Gonnaten auch derselben, das es ir sowoll an leibs gesondheit als auch sonst an allem glücklich und wol erging, und bedanckhen uns zum freundlichsten der zugeschikhten zwen denar und betbuchleins halben; wellen darnach trachten, das wir laut derselben begeren und zugeschikhtem lateinischen und deutzen unterricht uns verhalten, dieweil wir schpuren und befinden, das sowoll diese zuschikung als auch die erinnerung zu einem busfertigen leben, die uns Eur Liebden weitlaftig und christlicher meinung in irem schreiben gethan haben, auss irer gewonlicher lieb und hertzlicher gonst, die sie allwegen aus rechtschaffenem hertzengrundt gegen uns gehabt, herkhombt, welches wir in aller danckhbarkeit von Eur Liebden annehmen und uns auf muglichste befleissen wöllen, das wir dieser irer christlicher und vetterlicher errinnerung einem genuegen gethan mechten. Und sein dieses alles gegen Eur Liebden und allen den iren in aller freundlicher willigkeit zu vergleichen und erkennen iederzeit willig

und bereit. Wunschen hiemit auf diissmol von hertzen Eur Liebden sambt allen den iren ein langwirige gesondheit und alles das, was sie ir selbst von Gott dem allmechtigen begeredt. Datum zu Bielsk, den XXVI May nach Christi geburdt im 1564<sup>ten</sup> jare, unseres reichs des 35<sup>ten</sup> jares.

a) Sigismundus Augustus Rex subscritpsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Carolus IX.*

N. 950.

*Bielsko, 15.VI.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
proconsulibus et consulibus Gedanensibus  
de non impedienda occupatione possessionis monasterii, Carthusia dicti,  
a venerabili Martino ab Eden.  
(Exemplar)  
H B A, B 1, K.319.*

Sigismundus Augustus etc., Spectabilibus et Famatis Proconsulibus, Consulibus civitatis nostrae Gedanensis, fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Spectabiles et Famati, Fideles nobis dilecti.

Mandavimus certis Consiliariis nostris, ut Venerabilem Martinum ab Eden, devote nobis dilectum, in monasterii Beatae Virginis, vulgo Carthusia nuncupatum,<sup>z)</sup> de quo ipsi Martino, accidente nostra praesentatione et voluntate, a Sede Apostolica est provisum, realem et actualem possessionem instituant. Qua in re perficienda cum nullum a quovis homine ipsi Venerabili Martino ab Eden tam in adeunda monasterii eius possessione, quam administratione omnium et singulorum bonorum, ad id pertinentium, adferri impedimentum velimus cupiamusque, mandandum esse Fidelitatibus Vestris duximus, prout hisce literis nostris serio mandamus, ne praefatos Consiliarios nostros, ad munus hoc exequendum a nobis deputatos, ulla ratione vel ipsi quovis quaesito colore impedian, vel ab hominibus, cuiuscunque illi sint status et conditionis, vestrae iurisdictioni subiectis, impediri patiantur, quos et a Fidelitatibus Vestris in officio contineri similiter serio mandamus. Sub gravi indignatione nostra et pro fide nobis debita Fidelitates Vestrae aliter non facturae. Datum in Bielsco, XV Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

Sigismundus Augustus Rex subscritpsit.

*In marg. sup.: Kloster Karthaus bei Danzig betreffend (1564) Martin ab Eden.*

<sup>z)</sup> sic in ms.

N. 951.

*Radomiae, 19.VI.[1564].*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci*

*pro litteris gratias agit et ducem pro excusato habet, quod ob adversam  
valetudinem manu sua non scripserit; sperat se ducem adhuc esse  
visuram; gratias agit pro notitiis a Kunheim allatis, qui etiam ore-  
tenus duci prolixius omnia referet; item pro caseo, vino et butyro  
agit gratias.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 952.

*Bielsko, 20.VI.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de Francisco Zelislawski in negotio ducis Curlandiae in Germaniam  
misso; de pascatione anguillarum.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

*Quod in negotio Illustris Curlandiae Ducis praestituros nos promi-  
simus, id re ipsa libenter etiam facturi sumus, ac quoniam Palatinum  
Pomeraniae<sup>1)</sup> ea in re mittere in Germaniam non potuimus, Franciscum  
Zelislawski non gravate ad id deputavimus, quemadmodum etiam Illu-  
stritas Vestra hoc ipsum cupere videbatur. Mittimus itaque Illustrati  
Vestrae et literas et instructionem, utraque ad praesens negotium per-  
tinentia, quae Illustritas Vestra Francisco Zelislawski nomine nostro  
reddi iubebit, ac simul, si volet, aliquem de suis addet, qui hanc nostram  
legationem Illustratatis Vestrae etiam verbis subsequatur.*

*Pascationem autem anguillarum quod attinet, non possumus de ea,  
nisi re bene deliberata, statuere, id autem nunc nos et negotiorum mul-  
titudo et partium absentia facere prohibet. Expectandum itaque erit,  
donec utrarumque partium nomine coram nobis haec disceptatio insti-  
tuatur, tum nos quod iuris esse intellexerimus, pronunciaturi sumus.  
Interim Illustratatem Vestram bene foeliciterque valere cupimus. Datum  
in Bielsko, XX die mensis Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni nostri  
XXXV.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>*

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

<sup>1)</sup> *Fabianus Czema.*

N. 953.

*Radomiae, 25.VI.1564.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Martino Efferer, qui intercessionem suam imploraverat, ut pro servituis suis per tot annos in aula ducis praestitis aliquam pecuniae summam vel agrum obtineat.*

*(Germanice)*

*Sigill. XIII maius.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 954.

*Bielsko, 27.VI.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de pecunia a Michaelae Geller, cive Regiomontano, Stanislae Rayski, capitaneo Olicensi, debita.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*(Cum 2 annexis germanice scriptis de eadem re).*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 955.

*Bielsko, 29.VI.1564.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de rebus Livoniae et Curlandiae; de negotio Conradi ab Emde.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Quo ad nos Illustritas Vestra scribit de statu hoc tempore rerum Livonicarum, idem antea quoque ex literis Illustris Ducis Curlandiae<sup>1)</sup> intellexeramus. Ad quas quidem Illustritati eius iam respondimus. Quod attinet Conradum ab Emde, equitum Magistrum, ne nos quidem dubitamus operam ipsius utili nobis esse posse. Verum quanta difficultate laboremus hoc tempore rei nummariae, vel ipsa Illustritas Vestra considerare potest, quae nos aere suo hactenus obstrictos habet. Praeterea autem sunt nonnulla, quorum rationem necessario habentes, nonnihil adhuc de ea re deliberandum nobis esse existimavimus, ita tamen, ut consilium Illustritatis Vestrae in hoc genere non prorsus abieceris videamus. Quod quidem brevi, ut arbitramur, expediemus.

De Commissariis controversiae inter Curlandiae Ducem et Commendatorem Doblinensem curae est nobis. Evidem ubi modo ex his comitatalibus negotiis respiraverimus, designare eos non negligemus.

Quae ad nos de rebus novis Illustratas Vestra perscribit, ea nobis gravissima acciderunt. Bene valeat Illustratas Vestra. Datum in Bielsko, die XXIX Iunii, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri XXXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Gottardus Kettler.*

N. 956.

Parczoviae, 28.VII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*ut ob metum contagionis, peste in quibusdam locis Prussiae grassante,  
subditis ducis (praeter Regiomontanos) ingressus in ditiones regis  
intercludatur.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustrissime Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Non latet fortasse Illustratatem Vestram pestis contagione loca quaedam et pleraque in terris Prussiae infecta esse, eandemque ab iis, qui inde transeunt, hominum improvidentia multis in locis in Regno Poloniae natam seu, ut dicitur, perlatam vigere. Quae ne amplius altiusque in dominiis nostris exasperaret cresceretque ac irreperet, quamvis id permissione divina fieri non dubitemus, tamen cautores a praeservanda hac labe pestilenti homines reddere cupientes statuimus, ut nullus hominum ex Prussia in has nostras terras Magni Ducatus Lituaniae (quae Deo propitio ab hac contagione sunt liberae) mitteretur, euntibusque via et transitus intercluderetur.

Quoniam vero referatur nobis civitatem Illustratis Vestrae Regium Montem et pleraque loca ditionis eiusdem ab eo malo non infestari minimeque suspecta esse, ideo Regiomontanos, si qui huc proficisci necesse haberent, iniunximus tantum permittendos esse, qui literas patentes ab Illustrate Vestra (quod non de suspecta aura vadant) exhibuerint. Quapropter postulamus ab eadem Illustratate Vestra, ut itidem hominibus subditis suis inhibeat severius, ne ullus praesertim ex locis suspectis in ditiones nostras Magnumque Ducatum nostrum Lituaniae ire et intrare audeat, nisi prius ab Illustrate Vestra literis, ut vocant, significatorialibus obtentis, id sibi licitum et integrum factum fuisse. Tandem Illustratatem Vestram diu incolumen valere ex animo optamus. Datum Parczovii, die XXVIII mensis Iulii, anno Domini MDLXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 957.

Parczoviae, 3.VIII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Thomam ab Embden commendat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.319.*

N. 958.

Parczoviae, 14.VIII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ioanni Kostka, castellano Gedanensi,  
de certa pecuniae summa duci Alberto debita eidem numeranda.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.319.*

Sigismundus Augustus etc., Generoso Ioanni Kostka a Stembergk, Castellano Gedanensi, Terrarum nostrarum Prussiae Thesaurario, Pu- censi Dirschoviensique nostro Capitaneo, fideli nobis dilecto, in absentia eius Thesauri Notariis, gratiam nostram regiam  
Generose, Fidelis dilecte.

Acceperamus mutuo ab Illustri in Prussia Duce, consobrino nostro charissimo, summam pecuniae, videlicet viginti sex millia quingentos et octoginta tres thaleros et grossos XVI in usum persolvendi stipendii ei militi, quem anno proximo pro Livoniae deffensione Cawnae conscripseramus. Quam quidem summam iis pecuniis, quae ex publicis terrarum istarum contributionibus eodem anno primo quoque tempore essent collectae, nos Illustrati eius persoluturos esse recepimus. Cum itaque exactioonis illius tempus iam pridem praeterierit nolimusque solutionem earum pecuniarum in praeiuditium Illustratis eius diutius protrahi, mandamus Fidelitati Tuae, ut visis hisce literis nostris summam praedictam viginti sex millium quingentorum et octoginta trium thalerorum et XVI grossorum, vel uti de ea ex nostra vel Magnifici Palatini Mariemburgensis<sup>1)</sup> cautione, Suae Illustrati eo nomine data, Fidelitas Tua plenius cognoverit, Illustrati eius ex Thesauro nostro integre numeret et exolvat, quietationem ab Illustritate Sua de percepta ea pecuniae summa accipiendo. Qua visa, nos id in exigendis rationibus a Fidelitate Tua sumus sucepturi. Pro gratia nostra. Datum in Parczow, die X<sup>IIII</sup> mensis Augusti, anno Domini MDLX<sup>IIII</sup>, Regni vero nostri XXXV.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Achatius Czema.*

Radomiae, 15.VIII.[1564].

*Catharina regina Poloniae**Alberto in Prussia duci**obitum patris [Ferdinandi I] sui nuntiat seque tanquam orphanam commendat.**Sigill. XIII.**H B A, B 1, K.319.*

Durchleuchtigster furst, fruenlicher mein herzenlieber her undt vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus, auch als lieb undt guettes zuvor.

Wan es Eur Liebden an leibes gesunder,<sup>a)</sup> auch sunst glicklichen undt wol gieng, das mier wer<sup>b)</sup> iederzeit ein sunder trost und freyt. Und kan nit underlassen, aus truen herzen Eur Liebden erlich in ier alter zu ersuehen, dan neben mein gar grosse herzenleit und schmerzen mit ganz petriebten herz zu klagen, das Got der almecht der fruemben keyssen, mein allerliebsten her undt vatter, aus diesser welt erfadert hat an sant Jacobi tag, welhe mier dan ain gros unausprechlich leit ist, ein solhe genedigen heren undt vatter zu verlieren, den ich mer geliebt hab als mein aigen leb und ist mein ainziger<sup>c)</sup> trost gewest<sup>d)</sup> nach Got auf diesser welt. Derhalben Eur Liebden selbtleich erkennen kinien, in wes petriebnus ich pin. Weil aber also der willen gottes ist gewest, pit ich got, das er mier gnat und christenlich getult geb, dies gros kreytz samb allen ander sein vaterlichen heimsuechen zu ertulden nach sein gotlichen willen. Dan es ist mier ein petrieter fal. Und weil ich leider iez ein weise<sup>e)</sup> pin, pefilh ich mich Eur Liebden aus ganz true undt petribten herzen. Pit, si wellen mich in der zeit meiner triebal in lassen pefolhen sein als ein getrue und trostlos tochter und wie pisher mich in lassen pefolhen sein als derselben gar getrue tochter. Dan ich ein grosse zuflucht zu Eur Liebden hab als ein weises iez in der zeit mein triebal. Datum Radom, den 15. tag Augusto.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *lectio incerta*d) *sequitur littera expuncta*b) *in ms. mer vel nier*e) *in ms. sequitur s expunctum*c) *ex alio correctum*

Parczoviae, 19.VIII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae**Alberto in Prussia duci**de machinationibus magistri Theutonicorum Wolffangi Schutzbar; de oratore suo ad exequias demortui imperatoris Ferdinandi I misso; de negotio archiepiscopatus Rigenis.**Sigill. VIIa.**H B A, B 1, K.319.**Sigismundus Augustus etc.**Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.**Magna nobis praebet quotidie argumenta Illustritas Vestra sui erga*

nos amoris et benevolentiae singularis. Cuius rei cum multa alia, tum ista quoque ipsius epistola testis esse potest, quae nobis permulta de machinationibus adversus nos Magistri Teutonicorum Generalis significat. De quibus etsi antea quoque ex hominum sermonibus et proxime ex quorundam etiam servitorum nostrorum literis ad eandem prorsus rationem intelleximus, tamen haec Illustritatis Vestrae vigilantia non potest nobis non esse gratissima.

Quod rem ipsam attinet, libenter consiliis Illustritatis Vestrae acquiescimus literasque ad Serenissimum Daniae Regem<sup>1)</sup> eo argumento, quod Illustritas Vestra praescripsit, scribi iussimus. Apud quem Regem quamnam Illustritatem quoque Vestram in gratia esse intelligimus, gratum nobis erit si ipsa quoque Illustritas Vestra literas suas ad Serenitatem eius dederit ab eaque idem postulaverit.

Nos in aliis quoque rebus, quarum Illustritas Vestra commode nos admonet, officio nostro defuturi non sumus. Iamque adeo Oratori nostro, quem diebus proximis ad honestandas nostro nomine exequias Caesareae Maiestatis nuper defunctae designavimus, dedimus in mandatis, ut ea de re ad Caesaream Electam Maiestatem<sup>2)</sup> nomine nostro diligenter referret deque magnitudine eius periculi, quod ex eiusmodi consiliis universae catholicae religioni ipsique adeo Romano Imperio immineret, Maiestatem eius admoneret. Existimamus fore, ut Maiestas illius, quae se et Romani Imperii successorem et fratrem ac consanguineum nostrum profitetur quaeque in hoc initio Imperii sui non obscura iam dedit amoris sui erga nos indicia, ei Oratori, qui istic interim adfuit, iustum et suarum et nostrarum rerum rationem sit habitura.

Possessionem Rigensis Archiepiscopatus quod attinet, de qua non minus diligenter Illustritatem Vestram pro Illustri genero suo<sup>3)</sup> laborare videmus, res omnis ex earum conditionum eventu pendet, quae fuerunt Varsoviae indecisae, quaeque in hoc Parczoviensi Conventu ut constituerentur, nobis quidem summae curae fuit. Verum cum Doctorem Christoferum Ionam hic non viderimus, cui Illustris Dominus Dux Megapolensis<sup>4)</sup> facultatem se nomine suo de omnibus rebus constituendi dare ad nos scripsit, non facile intelligimus, quid aut quantum Illustritati eius in adeunda praedicti Archiepiscopatus possessione concedi a nobis possit. Etsi enim id, quod Varsoviae factum est, facile in suo robore permanere patimur, tamen nisi omnibus de rebus ante constituantur communis nostra utriusque voluntate, non existimamus possessionem illius Archiepiscopatus recte a quoque adiri posse. In quo non est, quod Illustritas eius litteris nostris ad maturandam aditionem eius possessionis adductam se esse conqueratur. Non arbitramur enim quicquam aliud nos scripsisse, quam in Varsoviensi sententia nos permanere possessionemque Archiepiscopatus eius, cum de reliquis rebus convenerimus, Illustritati Suae negotiuros nos non esse.

Cetera ex Internuncio suo, Nobili Friderico ab Aulak, Illustritas Vesta cognoscet. Quam diu optime valere cupimus. Datum Parczoviae, die XIX Augusti, anno Domini MDLXIIII, Regni nostri XXXV.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Fridericus II.*

2) *Maximilianus II.*

3) *Ioannes Albertus Megapolensis.*

4) *idem Ioannes Albertus.*

Cnissini, 4.IX.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de navibus quorundam mercatorum, subditorum suorum, Regiomonti  
detentis, quae si sine pestis periculo dimitti possunt, rogat, ut libere  
dimittantur.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime, salutem  
et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Questi hic sunt graviter coram nobis negotiatores permulti complu-  
rimas naves, quibus iam in Magnum Ducatum nostrum Lituaniae sal  
deferebatur, Regiomonti detineri caverique serio, ut ne procedere illis  
usibusque suis porro prospicere aliquo modo liceat. Nos bene prospectum  
esse nolentes, ut ne caeptae pestilenciae rabies irrependo vires indies  
summat maiores, accuriores paululum esse in evitando cum vicinis,  
suspectae praesertim aurae, hominibus consortio, non indigne quidem  
ferimus. Nam et hos non alia de causa tardari certo existimamus. Tamen  
si id commode et absque periculo censeret fieri Illustritas Vestra, postu-  
lamus sedulo, ut illo transmeare atque in Ducatum nostrum Lituaniae  
libere cum familia et operariis descendere atque tuto deferre permittat,  
nec ultra a quovis illis iter ad id praecudi inhibeative faciat. Facturam  
Illustritatem Vestram, prout consultissimum fore e reque maxime com-  
modi publici perspexerit, non dubitamus. Cupimus tandem Illustritatem  
Vestram bene et foeliciter valere. Datae Knischinii, die IIII Septembbris,  
anno Domini MDLXIIII, Regni vero nostri XXXV.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

Cnissini, 6.IX.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de successione Christophori ducis Megapolensis.*

*Sigill. VIIa.*

(Annexa: 1) schedula adiuncta, 2) legatio regis Sueciae [Erici XIV],  
3) responsum regis Poloniae ad regem Sueciae)

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Nudius tertius accepimus literas ab Illustri Domino Ioanne Alberto  
Megapolensi Duce, missas ab Illustritate Vestra, datas autem Sverini

XII Augusti, in quibus Illustritas eius fidem facit Doctori Ionae, quem se ait in negotiis suis ad nos mittere, et deinde verbis aliquot rationem omnem eorum negotiorum, quae is ad nos nomine Illustritatis Suae adferre debuit, nobis commendat. Ac quod Doctorem quidem Ionam attinet, meminimus de eodem antea quoque nobis ab Illustritate Sua scriptum fuisse, Parczovi in conventu cum essemus. Verum cum neque is comparuerit hactenus, neque ut hoc tempore compareat, operaे premium aliquod esse videamus, cum negocia Illustris Ducis Megapolensis non modo Consiliariorum nostrorum, qui nunc absunt omnes, sed etiam Ordinum omnium Regni nostri praesentiam requirant, necessario in aliud tempus rem esse arbitramur differandam.

Quod autem rationem negotiorum ipsum attinet, quae Illustritas ipsius Doctori Ionae videtur commendasse, ex literis Illustritatis Vestrae intelligimus ea de possessione Archiepiscopatus Rigenensis fuisse, de qua ipsa etiam Illustritas eius toto hoc tempore nunquam destitit per literas laborare. De qua re quidem etsi tum Illustritati ipsius aliquoties, tum etiam ipsi Illustritati Vestrae responsum antea satis esse arbitramur, tamen nunc etiam ita respondemus, omnem videlicet eius rei rationem ab eventu nonnullarum conditionum pendere, quae inter nos et Illustritatem eius Varsoviae fuerunt indecisae, de quibus nisi antea communi utriusque nostrum arbitrio constitutum fuerit, nos quidem omnem de tradenda possessione Archiepiscopatus tractationem supervacaneam esse arbitramur.

Quod cum ita sit, postulamus ab Illustritate Vestra, ut de eo ad Illustritatem eius perscribat diligenter, et ut in eo Illustritas eius acquiescat, perficiat. Affertur enim ad nos Illustritatem Suam milites quosdam in Archidiaecesis<sup>z)</sup> iam immisisse, nondum caeteris rebus constitutis, quae eam rem necessario praecedere debere videbantur. Quae cum et contra mentem nostram et contra ipsam pactorum communium rationem acciderint, cogitet Illustritas Vestra, quonam pacto ii milites istic a nobis ferri possint, nisi quam primum inde per Illustritatem Suam amoveantur. Quod quidem ut curae sit Illustritati Vestrae, ab ea magnopere postulamus.

Nam quod Illustritas Sua literis nostris excitatam se esse scribit ad maturandum hoc opus defensionis Archidiaecesis, id nos quidem factum minime reprehenderemus, si eadem ratione per Illustritatem Suam, id quod nos magnopere cupiebamus, in constituendis prius dubiis adhuc illis et indecisis conditionibus maturatum fuisse. Nunc autem illis minime constitutis, sane omnis cura ac solicitude Illustritatis Suae de imponendis Archidiaecesi praesidiis praeceps ac properata esse videtur. Nos autem sicuti Illustritatem eius amamus, ita nollemus profecto videri quicquam esse, in quo Illustritas eius nimis praecipitanter egisse videatur, praesertim cum eiusmodi milites praeter voluntatem nostram illuc ingressos, nequaquam cum dignitate nostra ferre posse videamur. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Knisinii, VI Septembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

#### *Schedula adiuncta:*

Mittimus etiam Illustritati Vestrae legationem Regis Sueciae,<sup>1)</sup> ad nos hoc tempore missam, et responsum nostrum ad eam, ut quid porro

nobis Illustritas Vestra faciendum esse existimet, nos tempestive faciat certiores. Interim cum his omnibus ad Serenissimum Regem Daniae<sup>2)</sup> mittere constitutum habemus.

1) *Ericus XIV.*

2) *Fridericus II.*

*Annexum I:*

Oblatum ab Oratoribus Suedicis Regiae Maiestati die XXX Augusti  
MDLXIII.<sup>a)</sup>

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Clementissime.

Cum superiori anno quorundam relatu Sacra Regia Sueciae Maiestas, Dominus noster clementissimus, percepisset Vestram Regiam Maiestatem Legatos in Sueciam misisse, fuisse sane pergratum Suae Regiae Maiestati eosdem nullo prohibitos infortunio, vel aliorum (ut dicitur) insidiis, ad Regiae Suae Maiestatis aulam pervenisse et Vestrae Maiestatis negocia exposuisse. Volebat enim Regia Sua Maiestas omni non solum clementia et favore regio eos benigne (quemadmodum semper et omni tempore hactenus factum est) suspicere et amplecti, sed cognita causa, prout aequitatis, vicinitatis et fovendae amicitiae mutuum officium merito postulasset, Vestrae Maiestati respondere.

Praeterea Vestrae Maiestati Regiae indicandum in mandatis habemus Sacram Romanorum Imperatoriam Maiestatem,<sup>1)</sup> una cum Franco-rum Rege,<sup>2)</sup> per literas, et quosdam Principes Germaniae per Legatos suos amice postulasse, ut Regia Suecorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, ob tranquillitatem publicam et incrementum totius Christianae Reipublicae de rebus, quae inter Suam Maiestatem et Regem Danicum belli causas deditur, transigere et Legatos in maritima Germaniae ora Rostochium versus mittere velit. In iisdem praeterea literis imperatoriis de orta nuper inter utriusque Vestras Sacras Maiestates Regias Suecicam et Polonicam dissensione nonnullis verbis factam mentionem et se curaturum Caesarem scripsisse, ut Vestrae Maiestatis Legati conventui adessent. Cum igitur Serenissimo nostro Regi nihil unquam charius fuerit, quam sua amicitia maximo studio alios amplecti, bella etiam contra christianaे religionis consortes, tanquam pestem terrimam communis Reipublicae et salutaris religionis (dummodo tamen sine maximo Suae Maiestatis vel suorum detrimento aut iniuria fieri posset), vitare.

Ideo Sua Regia Maiestas literis Caesaris aliorumque Principum petit nequaquam refragari, sed in gratiam eorum et Reipublicae Christianae commodum Legatos, qui cum omnibus iis, cum quibus Suae Maiestati lis est, agerent, Rostochium mittere decreverat. Hae vero inter alias potissimum causae Legatorum profectionem et omnem, si qua inde potuisset promanare, publicam utilitatem impedivere, quod ii ipsi Legati, cum iter in Germaniam pararent, et de conductu seu libero transitu sibi prius prospicere vellent, praeter spem a Danico Rege dubii detinebantur, ut tempus ad agendas res constitutum<sup>b)</sup> interea effluxerit et Legatis sese ibidem sistere impossibile admodum fuerit. Deinde quod Rex Danicus eo tempore, quo Imperator aliique Principes item compone nitebantur, classem suam mari committeret et exercitu limites Sueticos, nullo tamen suo commodo, invaderet, periculis igitur non so-

lum Legati sese exposuissent, sed frustraneam navassent operam, cum apparuerit Danum benevolos conatus Caesaris aliorumque Heroum et Principum flocci pendere et eo tempore nondum pacis amantissimum fuisse, prout haec omnia Sacrae Romanorum Imperatoriae Maiestati satis superque a Rege nostro Serenissimo responsa sunt, ut nihil dubii restet Suam Imperatoriam Maiestatem ex sufficientibus causis Regiam Suecorum Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, excusatam habere. Cum vero Sacra Regia Suecorum Maiestas Imperatoris aliorumque Principum amica postulata plurimi faciat, noluit apud Suam Maiestatem eadem omnino irrita esse. Ideoque cum causae controversiarum Regis nostri Serenissimi cum Vestra et praeterea Danorum Regia Maiestate admodum Maiestates aut valdeque discrepant, et forsitan brevi de componendis inter Regiam Maiestatem Sueciae, Dominum nostrum clementissimum, et Regem Danicum rebus alibi et commodiori loco conventus celebrari poterit, Sacra Sua Regia Maiestas praesentem Generosum et Illustrum Dominum Comitem a Wisingzborch, Baronem in Rydbehelm, Suae Regiae Maiestati a Secretioribus Consiliis, et nos alias Suae Maiestatis inservitores, Rostochianae profectioni antea simul deputatos, ad Vestram Regiam Maiestatem cum duobus praecipue negotiis apud eandem expediundis ire voluit.

Primo, ut de liberatione Reverendissimi et Illustrissimi Principis Domini Christopheri Electi Rigensis, Ducus Megapolitani etc., quem a Curoniae Principe<sup>3)</sup> Vestrae Maiestatis iussu captum Sua Maiestas audierat, ageremus. Cum et etiam inter Suam Maiestatem et ipsum Principem Christopherum arcta quaedam amicitia foveatur, voluit Serenissimus et Inclitus noster Rex sua intercessione apud Vestram Maiestatem ei in praesentibus suis aerumnis opem ferre. Et petit amice Sua Regia Maiestas, ut velit Vestra Maiestas ipsum Principem Christopherum Megapolitanum captivitate solvere et suarum ditionum in Livonia possessioni, quam habuit et iure habere debuit, eum vicissim immitttere. Illud enim non solum Suae Regiae Maiestati pergratum, acceptatissimum et quavis benevolentia erga Maiestatem Vestram recompensandum, cum ea sit inter Suam Maiestatem et ipsum Principem necessitudo, ut Sua Maiestas sibi ea, quae huic evenerint, imputet, sed idcirco omnem controversiam inter utrasque Vestras Maiestates Regias dubio procul tanto melius sedari et pacifice componi, et praeterea Vestrae Regiae Maiestatis in Suecia degentibus propinquus commodum et utilitatem inde promanare posse, sperandum foret.

Secundo, de restauratione eius amicitiae, quae superiori tempore aliorum culpa aliquantulum labefactata est. Vult namque Sacra Regia Suecorum Maiestas, Dominus noster clementissimus, amicam cum Vestra Maiestate transactionem nequaquam repudiare, sed potius hisce dissidiis amicabili compositione finem imponere. Cum ad hoc Suam Regiam Maiestatem non solum Christianae Reipublicae incrementum, vel etiam Caesaris aliorumque Principum petita moveant, verum etiam firma ipsa et vetus inter superioris aevi Reges Polonicos et Sueticos, maiores Vestrum Sacrarum Maiestatum, felicis et pientissimae memoriae, amicitiae et benevolentiae promptitudo, quae inter amplissima ista Regna per multos annos antea exulta et posteris tanquam per manus tradita fuit, deinde quod haec ipsa qualicunque cum Vestra Maiestate lis praeter spem et expectationem, alterius etiam nomine, Suae Regiae Maiestati contigerit, ideoque non usque adeo arduam existimet, quin pari iussu et opera facile tolli et amicitiae pristinus locus reddi possit. Si igitur

Vestra Regia Maiestas parem in reparanda benevolentia operam et mutuas vices praebere et de omnibus controversiis, ob res Livonicas non ita pridem obortis, cum Sua Maiestate voluerit pacisci, nos pro ea potestate, quae secundum expressam Regiae Suecorum Maiestatis mentem nobis tributa est, de iis rebus cum Sacra Maiestate Vestra Regia agemus. Officiosissime igitur et humiliter, Rex Inlyte, petimus, ut Sacra Vestra Maiestas nos de regia sua mente in hisce duabus rebus certiores reddere et clementissimo Vestrae Maiestatis responso quam primum dignetur.

- a) *alia manu.*  
b) *in ms. constitutum*  
1) *Maximilianus II.*

- 2) *Carolus IX.*  
3) *Gottardus Kettler.*

*Annexum II:*

Responsum Sacrae Regiae Maiestatis, datum Oratoribus Serenissimi Regis Sueciae ad eorum legationem Knissini, die VI Septembbris MDLXIII.

Legationis eius, quam ab Internunciis Serenissimi Regis Sueciae ad nos missis accepimus, duo in universum capita esse intelligimus. Quorum priore quidem agitur de liberatione Illustris Principis Ducis Christopheri Megapolensis, posteriore vero de restauratione mutuae inter nos et Serenissimum Sueciae Regem amicitiae, quae ob exortas nonnullas inter nos et Serenitatem eius controversias videtur esse interrupta.

Etsi autem singula eius legationis capita eiusmodi quandam ordinem institutum habeant, qui ordo a rerum ipsarum, quae tractantur, ponderibus et momentis videtur esse alienior, inde adeo quod amicitiae nostrae restauratio, quae fons esse debuit et origo ceterorum omnium, in posteriori demum capite numeratur, tamen nos quidem ad utraque capita, uti proposita nobis sunt, ita respondemus.

Ac principio quidem Ducem Christopherum in potestate nostra esse non negamus. Nam cum is multis nec exiguis beneficiis a nobis ornatus, in primis studio et favore nostro Coadiutor Archiepiscopatus Rigensis effectus, et deinde armis nostris et maximis sumptibus ex captivitate Livonica, in qua a Firstembergio, Magistro tunc temporis Livoniae, faeda atque indigna detinebatur, liberatus, non modo nullam tantis rebus parem gratiam nobis retulisset, verum etiam Livoniam, quam universam maximo studio in fidem et protectionem nostram concessisse sciebat, quoad maxime potuit vexasset et afflixisset, et denique operas suas Serenissimo Sueciae Regi, cum quo iam tunc nobis non solum inimicitiae, sed etiam bellum intercedebat, addixisset, factum est summa divini Numinis aequitatem et erga causam nostram propensione et favore singulari, ut is ab exercitu nostro circumcessus in manus et potestatem nostram pervenerit.

Liberandi autem eius hoc tempore ex iis causis videmus esse rationem minime omnium expeditam, tum quod de iis rebus, quae ad sopianum bellum ipsum, inter nos et Serenitatem eius excitatum, et ad redintegrandam pristinam amicitiam nostram mutuam pertinent, nihil adhuc compositum esse videamus, quod tamen, utpote principale negotium, in primis componi ac constitui oportebat, cum praeterea quod Illustrum Principem Ioannem Ducem Finlandiae, quem quidem Serenitati ipsius natura fratrem, nobis autem Serenitatis ipsius voluntas et intercessio,

frequentibus ad nos et amicissimis literis facta, affinem conciliavit, eum cum Illustrissima uxore ipsius,<sup>1)</sup> sorore nostra charissima, quam nos in Sueciam, freti Serenitatis ipsius literis, elocare non dubitavimus, cumque iis omnibus, quos ad obsequia Illustritatis ipsius ex nostris hominibus adhibueramus, a Serenitate ipsius in captivitate detineri audimus eiusmodi, qualem nos tum immeritam, tum a fraterna etiam necessitudine alienam esse arbitramur.

Quibus sane utrisque de rebus antequam quicquam certi constituantur, non videmus, quomodo de liberando Duce Christophero tractatio ulla recte suscipi posse videatur.

Quod autem redintegrationem mutuae amicitiae nostrae attinet, equidem ii sumus, ut nemini Regum christianorum concedamus, ut is tum pacis communis, tum benevolentiae etiam privatum cum singulis Regibus et Principibus christianis colendae studiosior existat, quam nos sumus, utque is libentius vires opesque suas adversus christiani nominis hostes atque inimicos convertat, quam nos ipsi, qui continuum fere cum barbaris et scysmaticis gentibus bellum gerimus, quique arma eorum in perniciem totius Christianae Reipublicae intenta et parata armis nostris assidue sustinemus. Et quod privatum controversias nostras cum Serenissimo Sueciae Rege Livonicas attinet, egregie nobis sane ratio facti nostri constat nos neque inimicitias Serenitatis Suae unquam appetisse,<sup>2)</sup> neque arma nisi coactos sumpsisse, et ab iis deponendis, quoties per dignitatem nostram licuit, semper paratos fuisse.

Primum enim cum Livonia bello a Serenitate eius impeteretur, nunquam destitimus Serenitatem eius per literas etiam atque etiam admonere, ut ab inferendo bello primum christianae, deinde etiam in protectione nostra constitutae provinciae Serenitas eius abstineret, neve nobis tum armis tuendae ac defendendae illius provinciae, tum etiam a veteri Regni nostri cum Sueciae Regno foedere et coniunctione discedendi necessitatem imponeret. Si quid esset, in quo Serenitas ipsius se offendit vel a nobis vel a quoquam provincialium illorum hominum arbitraretur, id si ad nos deferretur, nos ex aequo et bono Serenitati eius ius dicturos fuisse, aut rem arbitrio communi Commissariorum permisuros esse.

Deinde cum eiusmodi admonitionibus nostris locum nullum tribui videremus, et arma necessaria ad vim duntaxat a Livonia depellendam sumere coacti fuissemus, ne in eo quidem proposito nostro ita pertinaces extimus, quin parati fuerimus, quacumque honesta spe pacificationis oblata, a bello discedere et pacem amplecti. Id adeo nuper toti Christianitati ostendisse nos arbitramur, cum ad postulata Caesareae Maestatis nuper defunctae, parentis nostri charissimi et observandissimi, aliorumque item Principum christianorum, Legatos nostros Rostochium miserimus, ut per eos totius causae nostrae cognitionem arbitraris potius ac Commissariis vicinorum christianorum Principum, qui illuc convenierant, permitteremus, quam de ea ipsi per armorum contentionem disceptaremus. Quo cum ad eundem hunc modum Serenissimus quoque Daniae Rex Legatos suos miserit omnemque itidem controversiam suam iisdem Commissariis et arbitraris iudicandam tradere voluerit, non possimus non mirari solos Serenissimi Sueciae Regis Legatos in eo conventu ad tam piam et communibus Regnis ditionibusque nostris salutarem, tot etiam christianis Regibus et Principibus exoptatam rem tractandam et constituendam desideratos fuisse, praesertim cum Oratores nostri, quos proxime Rostochium miseramus, a Serenissimi Regis Daniae Le-

gatis ibidem edocti certiores nos fecerint nullam moram in concedendo salvo conductu Oratoribus Serenitatis eius per Serenissimum Regem Daniae commissam fuisse.

Itaque quo animo equidem hoc bellum et suscepimus et ab initio et hucusque administravimus, in eodem nunc etiam perseveramus, nos videlicet eas inimicitias, quas non tam voluntate nostra quam necessitate summa cum Serenissimo Sueciae Rege suscepimus, per omnem honestam occasionem deponere et ad veterem cum ipsis Serenitate amicitiam redire paratos esse, ut, quod iam pridem constitutum in animo habemus, vires nostras alteri potius cuivis, non magis nostro quam totius Christianitatis hosti, opponamus, quam iis cum christianis Regibus et Principibus configlamus.

Sed quoniam quas ad nos Serenitatis ipsius Legati conditiones eius rei attulerunt, eae nobis quidem tum ad eam rem conficiendam minus congruentes, tum a nostra cum Serenissimo Daniae Rege et veteri atque avita coniunctione, et recenti adeo foedere abhorrentes esse videantur, idcirco ab his interea acceptandis abstinuimus nosque ad aliud potius tempus reservavimus, si quando postea Serenitas ipsius aequiores et nobis ac nomine nostro digniores conditiones ad mutuam pacificationem adferre voluerit.

Quod autem nobiscum per Legatos Serenitatis ipsius de induciis interea constituendis actum est, de eo quoniam sine Serenissimi Daniae Regis voluntate et assensu constituere hoc tempore nobis non videatur, cum Serenitas ipsius propter veterem Regnorum nostrorum et mutuam coniunctionem sit etiam nobiscum recenti foedere copulata, idcirco cum Serenitate eius primo quoque tempore de eo communicabimus, et quod communis utriusque nostrum consilio constitutum fuerit vel de pace vel de foedere ineundo, id Serenissimo quoque ipsi Sueciae Regi significare non negligemus.

Interea Legati ipsi cum ad Serenitatem eius pervenerint, haec renunciabunt, et ut Internuncio nostro cum octo aut decem comitibus literae salvi conductus a Serenitate eius in manus Ducis Curlandiae primo quoque tempore mittantur, dabunt operam, ut ne quid in mora sit, quominus Serenitas eius de re tota certior a nobis fieri possit.

Exponent autem quoque Serenitati eius Legati ipsi allatum ad nos esse eos equites, qui sub salvo conductu nostro Legatos ipsos in ditio-  
nem nostram deducebant, cum iam inde reverterentur, in bona ditionis  
nostrae invassisse ibique stragem inopinatam edidisse, abductis etiam  
aliquot captiis et praeda non mediocri Pernoviam. Quae omnia cum  
praeter leges salvi conductus ab ipsis commissa sint, non ignorare nos,  
in quam periculosa condizione Legati ipsi apud nos versarentur quorum  
socii ditionibus nostris sub salvo conductu invadendis salvum ipsorum  
conductum violassent. Verum ut Serenissimus Sueciae Rex intelligat nos  
in eo humanitati nostrae et ei, quam paulo ante cum Serenitate eius  
coluimus, amicitiae nunc quoque aliquid tribuere, dicent nos omne id'  
facinus illorum, qui et ditiones nostras et leges salvi conductus ipsum-  
que ius gentium violarunt, Serenitati ipsius vindicandum remisisse, po-  
stulantes, ut et captivos per illud tempus abductos et bona ablata restitu-  
quam primum nostris iubeat et in eos, qui eiusmodi facinus ausi fue-  
runt, pro merito eorum animadvertisse.

1) *Catharina Jagellonica.*

N. 963.

Cnissini, 14.IX.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*ut Ioanni Dzialynski, palatino Culmensi, a subdito quodam ducis iniuria  
affecto, iustitia reddatur.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Intercessit dudum iam Magnifico Ioanni Dzialinski, Palatino Culmensi, et subdito cuidam Illustritatis Vestrae, cognomine Schimbarski, non levis de limitibus controversia, de qua convenerat iam inter utrasque partes, ut cognitio tota ad nos remitteretur. Interim vero subditus Illustritatis Vestrae in lacu, de quo controversia vertitur, piscari volens praeter consuetudinem, occasionem Palatino Culmensi intercipiendorum retium ac ipsius quoque piscatoris praebuit. Ac insuper dum prohiberis a pescatione moleste ferret, de media nocte subditos Magnifici Palatini vi adorsus est, fores complures istic effregit unumque ex subditis ipsius Palatini vinctum abduxit. Quod sane non potest nobis esse non molestissimum. Nam si aequitas ipsa, si nec legum reverentia, subditum Illustritatis Vestrae a vi arcere potuit, at saltem quod litis cognitio de suo ipsius consensu ad nos reiecta fuerit, vel statim a temerario eius consilio hominem revocare debuisset.

Iccirco Illustritatem Vestram etiam atque etiam hortamur, ne inultam hanc subditi sui intempestivam audatiam sinat, verum ut Magnifico Palatino ius suum reddit, ne amplius eo nomine necesse habeat auctoritatem nostram implorare, cavendum etenim nobis est sedulo, ne subditi etiam nostri impatientia victi ea repellendae iniuriæ ineant consilia, quae nobis ipsis etiam vehementer displicerent. Cupimus etenim, ut quo amore benevolentiaque nos ipsi Illustritatem Vestram, eodem subditi nostri subditos Illustritatis Vestrae, ac hi nostros mutuo, complectantur. Bene valere. Datum in Knissin, XIIII Septembbris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 964.

Cnissini, 16.IX.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Ioanne Kosmowski, ut ei profugi restituantur.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 965.

Varsaviae, 28.IX.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de negotio Megapolensi.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*De negocio Illustris Domini Alberti Megapolensis Ducis saepe idem  
Illustritati Vestrae scribimus per nos nec stetisse adhuc neque stare,  
quominus possessio Archiepiscopatus Rigensis per Illustritatem eius adi-  
retur. Ut enim amore nostro erga hanc familiam singulari adducti feci-  
mus, non satis etiam consentientibus Regni nostri Ordinibus, ut in filium  
Illustritatis eius hanc dignitatem nos esse libenter collaturos ostende-  
remus, ita sane in eodem proposito nostro, nisi forte sibi ipsa Illustritas  
eius obstiterit, non gravate permanemus. Ceterum quod nobis neque ex  
dignitate nostra, neque ex usu Illustritatis eius esse videatur, inexpletis  
plerisque conditionibus, possessionem hanc adiri, idcirco facere recte  
non possumus, ut eum admittamus, nisi perfectis demum omnibus con-  
ditionibus, in quibus solis ratio omnis pactorum inter nos initorum con-  
sistit, nec sine iis ullo modo firma esse potest.*

*Quod ipsum quoque ad securitatem Illustritatis Suae mirifice perti-  
net. Alioqui non desunt, qui hoc facto Illustritatis Suae magnopere offendantur,  
nec videre se dicant, cuiusmodi nobis gratiam successu temporis  
Illustritas Sua pro hoc nostro beneficio sit relatura, cum in ipso iam  
initio in conditionibus ipsis pactorum communium tam difficultem se  
praebere videatur. Quod ut Illustritas Vestra etiam atque etiam consi-  
deret ab illa postulamus.*

*De rebus Suedicis retulit ad nos Reverendus Vicecancellarius<sup>1)</sup> no-  
ster ex sententia Illustritatis Vestrae. Cui nos quoque responsum dedi-  
mus, quod perscribi ad Illustritatem Vestram iussimus. Quam bene va-  
lere cupimus. Datum Varsoviae, die XXVIII Septembbris, anno Domini  
MDLXIIII, Regni vero nostri XXXV.*

*a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>*

*a)-b) manu propria.*

*1) Petrus Myszkowski.*

N. 966.

Petricoviae, 19.X.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de instrumentis monetalibus.*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Pergratum nobis esse solet studium Illustritatis Vestrae, quod in  
rebus nostris curandis declarare solet, nam quod instrumenta istaec mo-  
netalia temporibus usque adeo contagioni pestiferae obnoxii permiseric*

Regiomonti deponenda asservandaque, non parvum inditium in nos Illustritas Vestra dedit. Quam quidem significationem tam luculentam non nisi gratissimo suscipimus animo. Caeterum. tametsi ea instrumenta nobis sint necessaria, tamen quoniam propter pestis contagionem, quae passim in ditionibus nostris viget, commode ad nos perferri deducique non possunt, optamus, ut Illustritas Vestra ea ita asservari mandet, ne ipsis interim, dum ad nos perferuntur, aliquid vicii aut detrimenti contingant, nihilque<sup>a)</sup> dubitamus Illustratatem Vestram, quae nusquam non morem nobis gerit hic quoque abunde nobis satisfacturam. Quam cupimus bellissime diutissimeque vivere. Datum Petricoviae, decima nona die mensis Octobris, anno Domini MDLXIII, Regni vero nostri anno XXXV.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) in ms. ihilque  
b)-c) manu propria.

N. 967.

Petricoviae, 16.XI.1564.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de certis viis itineribusque publicis ex Samogitia in Prussiam Ducalem  
constituendis, ut damna ratione telonei illata evitentur.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.319.

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Consobrine noster Charissime, salutem omnesque foelices ac prosperos successus Illustratati Vestrae ex animo optamus atque cupimus.

Hisce proximis temporibus, cum demandaretur a nobis procuratio exigendi thelonie exactioisque publicae, vulgo pobor dictae, in dominio nostro terrae Samogitiae aulico nostro Nobili Alexandre Brindza eidem quoque simul iniunctum est, ut certas vias itineraque publica ex illo dominio nostro in terram Prussiae ditionis Illustratatis Vestrae exponeret constitueretque, nempe illac per oppidum nostrum Iurborgense, siquidem incertis ac insuetis viis ac itineribus plurima eaque haud mediocria damna ac detimenta saepenumero nobis inferuntur atque accidunt, idque maxime ratione interversorum telonei exactioisque, vulgo pobor dictae.

Itaque Illustratatem Vestram amanter ac benigne postulamus ac petimus, ut Praefectis suis eas certas vias itineraque publica ex terra nostra Samogitiensi in Prussiam cum praefato aulico nostro exponere constituereque, alias vero vias ac itinera ab iis diversa, tanquam insueta ac insolita, omnino inhibere ac praeccludere mandet et praecipiat. Rem non secus nobis gratam atque necessariam factura Illustratas Vestras. Quam cum his valere optime ac foelicem esse ex animo cupimus. Datum Petricoviae, XVI Novembris, anno MDLXIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*se a pacificatione Suedica non alienum esse asserit, dummodo ea cum dignitate sua sit coniuncta, nec regem Daniae [Fridericum II] excludat.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Amice et Consobrine noster Charissime.*

*De negotio Illustris Curlandiae Ducis<sup>1)</sup> intelliget Illustritas Vestra ex literis Reverendi Petri Miskowski etc., Regni nostri Vicecancellarii, per quem iis de rebus referri ad nos voluit. Pacificationem autem Suedicam quod attinet, respondimus nos et ipsius Sueci<sup>2)</sup> Oratoribus, hac de re non ita pridem nos solicitantibus, et Illustribus Pomeraniae Ducibus<sup>3)</sup> etc., quorum etiam Internuntii pauculos ante dies apud nos fuere, si candide nobiscum agatur, pacem nos non recusare, modo ea talis instituatur, qualis et cum dignitate nostra sit coniuncta et Serenissimum Daniae Regem,<sup>4)</sup> fratrem et foederatum nostrum, non excludat, cum quo nisi Suecus concordiam inire statuat, frustra nos a quoquam de pacificatione solicitari.*

*Existimamus autem in diligendo pacificationi loco aequam nostri quoque rationem haberi debere, qua de re Pomeranicos etiam Legatos admonuimus. Deliberationem de arce Duninorum<sup>2)</sup> in aliud tempus reiiciimus, habituri semper, ubi recte poterit, et intercessionis Illustratis Vestræ, et vero meritorum eius quoque familiae rationem. Bene valere. Datum Petricovii, XX die mensis Novembbris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>*

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

<sup>z)</sup> *sic in ms.*

<sup>1)</sup> *Gottardus Kettler.*

<sup>2)</sup> *Ericus XIV.*

<sup>3)</sup> *Barnim IX, Ioannes Fridericus et fratres eius.*

<sup>4)</sup> *Fridericus II.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Martino Kwiatkowski (in ms. Quiatkowsky), qui intercessionem suam implorabat, ut eum dux benignè excipiat et audiatur, quo ei fundum quendam in Prussia emere liceat.*

*Sigill. XIII maius.*

*(Germ., cum annexa epistola supplici eiusdem Kwiatkowski de die 8.XII.)*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 970.

Petricoviae, 23.XII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Martino Kwiatkowski.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

N. 971.

Petricoviae, 31.XII.1564.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de nefariis magistri Ordinis Theutonicorum cum Moscho consiliis; de Furstenbergio turba Moschorum stipato; de commissariis in Livoniā missis, etc.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.319.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Etsi de constanti perpetuaque Illustritatis Vestrae erga nos fide nunquam dubitaverimus, est tamen nobis hoc vehementer gratum, nec mediocrem ex eo animi Illustritatis Vestrae significationem capimus, quod diligenter nos saepe de rebus nostris et fideliter solet admonere. Sane et ipsi hoc agnoscimus mature obviam iri oportere nefariis quorundam, praecipue vero Magistri Theutonici, cum Mosco consiliis. Ac utinam ii quoque ab ea culpa sint immunes, quos maxime paci studere conveniret, sed ipsi viderint, et sapient fortasse suo malo.

De Furstenbergio perlatum est ad nos Derptam adductum esse ac habere penes se turbam Moscorum, ad quorum nutum sua componat consilia, ita ut nil minus quam liber esse dici haberive possit.

Commissarii nostri iam iter in Livoniā instituerant, sed propter grassantem pestem domi se continere necesse habuerunt. Dabimus tamen operam, ut rebus necessariis omnibus instructi brevi istuc proficiscantur.

Immunitatem a theloneo Erasmo Kuffel vina Illustritati Vestrae deducenti libenter praestabimus, nec est quod pactorum nos admoneat, nam etiam citra haec maiora sunt, quae Illustritatis Vestrae causa praestare non gravaremur. Duninorum<sup>z)</sup> quoque rationem habituri sumus, neque sane hucusque quicquam eis vel adimi vel de benevolentia nostra decidere passi sumus. Cupimus Illustritatem Vestram bene foeliciterque valere. Datum Petricoviae, ultima Decembris, anno Domini MDLXIII, Regni nostri XXXV.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrisit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 972.

Radomiae, 12.I.1565.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Eustachium de Oelsen commendat.  
Sigill. XIII.  
H B A, B 1, K.320.

N. 973.

Petricoviae, 20.I.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Thoma Koss, cive Regiomontano, ut ei certorum bonorum possessio  
secundum privilegium regium assignetur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.

N. 974.

Petricoviae, 23.I.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de tumultibus Livonicis, ex conspiratione Teutonici magistri cum Mosco  
ortis.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Quae Illustritas Vestra ad Reverendum Regni Vicecancellarium<sup>1)</sup>  
nuper scripsit, ea is nobis in Senatu diligenter exposuit, de tumultibus  
nempe Livonicis, ex conspiratione Teutonici Magistri<sup>2)</sup> cum Mosco ortis.  
Agnoscimus in eo veterem erga nos Regnumque nostrum benevolentiam  
et vigilantiam singularem, quae nobis plane accidit periucunda. Nos  
quantum maxime poterimus, dabimus operam, ut hi tumultus compri-  
mantur. Sed multum est in ipsis quoque provincialium illorum animis  
et opibus constitutum, ut propensionem nostram ad se tuendos et defen-  
dendos alacritate sua subsequantur. Plurimum autem situm est quoque  
in Illustratare Vestra, quae, ubi potest, det operam, ut his conspiratio-  
nibus perditorum hominum quam primum obviam iri possit. Nos qui-  
dem nullam rationem praetermittimus eas opprimendi. Quod totum et  
reliqua omnia Reverendo Vicecancellario nostro ad Illustritatem Vestram  
fusius perscribere mandavimus. Negocium Shimburski, quod nobis Illu-  
stritas Vestra commendat, ad adventum usque Oratorum Illustritatis  
Vestrae ad nos differimus. Ibi quod iustum et aequum esse viderimus,  
libenter Illustritatis Vestrae causa faciemus. Bene valeat Illustritas Ve-  
stra. Datum Petricoviae, die XXIII Ianuarii, anno Domini MDLXV, Re-  
gni vero nostri XXXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a-b) manu propria.

1) Petrus Myszkowski.

2) Wolffangus Schutzbar.

N. 975.

Petricoviae, 20.II.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Nicolao Kos, praeposito Varmensi, ut ei libera piscatio retibus  
minoribus exercenda in mari Hab permittatur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.*

N. 976.

Petricoviae, 15.III.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
iterum de pecunia a Michaele Geller Stanislao Rayski, capitaneo Oli-  
censi, debita, nondum persoluta.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.*

N. 977.

Petricoviae, 25.III.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Alexandrum Sylvium Gottpergensem, ducis Teschinensis servitorem, com-  
mendat, cuius frater olim Constantinus apud ducem munere scribae  
fungebatur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.320.*

N. 978.

Petricoviae, 31.III.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Stanislaum Gralewski, servitorem suum, in ditione ducis matrimonium  
contrahere et sedem figere statuentem, commendat.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime, salutem  
et continuum omnis foelicitatis incrementum.*

Quoniam Nobilis Stanislaus Gralewski, cuius opera in agendis negotiis certis Magni Ducatus nostri Litwaniae utimur, testimonis et commendationibus Magnifici Eustachii Wolowicz, Marsalci Curiae et Thesaurarii Magni Ducatus nostri Litwaniae, Capitanei Mohiloviensis, de fide, sedulitate et integritate illius apud nos factis, maxime nobis sit commendatus, ita ut deinceps ad praestanda officia et obsequia nostra ipsum nobis devincere cupiamus. Proinde eum hisce literis nostris Illustratam Vestram enixe commendamus, postulantes ab eadem, ut quum in ditione Illustratis Vestrae reliquum tempus vitae exigere isthicque sanctum matrimonii vinculum contrahere et sedem suam figere statuerit, velit illius talem rationem, quemadmodum commendatio nostra flagitat, habere. Et quia interim negotia certa et nonnulla Thesauri Magni Ducatus nostri isthic et Gedani aliisque in locis acturus et nomine nostro tractaturus est, illi in omnibus iis, in quibus opem Illustratis Vestrae implo-raverit, adesse eumque in patrocinium suum recipere velit, nec iniuria aut praeiudicio a quibusvis praemi<sup>z)</sup> et affici permittat.

Quod Vestram Illustratatem minime facturam dubitamus, ita ut is agnoscat ubique se ea benevolentia, quae servitoribus nostris convenit, excipi. Idque pergratum nobis futurum erit. Tandem Illustratam Vestram semper incolumem valere optamus. Datum Petricoviae in Conventione Generali Regni, die ultima mensis Martii, anno Domini MDLXV, Regni nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

N. 979.

Petricoviae, 7.IV.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de querelis quorundam nobilium subditorum suorum, ditionibus ductis  
contiguorum, ut eis de acceptis iniuriis iustitia administretur.*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

Nobiles Valentinus olim Petri Benczk, Ioannes olim Slawuthae de Sczuki, Martini a Wissa haeredes, terrae nostrae Wisnensis incolae, contigui finium Prussiae, nomine suo ac coeterorum suorum comparticipum nobis gravi admodum et lachrimabili quaerela exposuerunt contra Praefectum Pissensem, quod ipsis iniurias graves in bonis sive sylvis illorum, Pelczino et Chaiewo dictis, per subditos territorii Pissensis de villis Szwidry, Ludwigowo, Wlosty, Skaiewo, Rogalie, inferre patiatur, de illatis autem licet eundem requisiverint, ius dicere non vult, neque omnino curat. Supplicaveruntque a nobis sibi de remedio iusticiae clementer provideri.

Cuiusmodi supplicatione nos permoti, Illustratam Vestram requi-

rendam esse duximus, prout requirimus hisce literis nostris, quatinus ipsi Praefecto suo Pissensi abstinentiam ab eiusmodi iniuriis imponat, de illatis autem iniuriis a retroactis aliquot annis cum subditis suis eiusdem territorii ius dicendum mandet. Factura Illustritas Vestra rem nobis gratam et mutuis pactis consonam. Quam diu valere incolumem cupimus. Datae Petricovia, die septima Aprilis, anno Domini MDLXV, Regni vero nostri anno XXXVI.

Ex propria commissione Sacrae Maiestatis Regiae.

N. 980.

Petricoviae, 10.IV.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Ursula, Gaspari Lubner relicta vidua, nunc vero Ioannis Szpill, civis Caunensis, legitima coniuncta, a Leonhardo Wilde Regiomontano debiti cuiusdam nomine molestata.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.320.*

N. 981.

Petricoviae, 13.V.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de militibus arbitrarie sibi verna et aestiva in Livonia diligentibus a se comprimentidis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.*

Accepimus literas Illustritatis Vestræ, quibus nos facit certiores de militibus nostris, qui ex Masovia redeuntes in Archidiaecesis<sup>2)</sup> Rigensem ingressi, damnis tractum illum affecerunt et reliquum tempus in Curlandiam acturos esse constituerunt. Quae res cum calamitates Livoniae, afflictissimæ alioqui provinciae, magnopere augeat, petit Illustritas Vesta, ut eius rationem habeamus ac de vernis et aestivis militum nostrorum aliter, quam ipsi deliberatum habeant, statuamus. Ac intelligimus nos sane alia militum nostrorum verna et aestiva esse debere quam ea, quae ipsi sibi dicuntur in Livonia delegisse, nec quicquam aegrius ferimus, quam afflictæ provinciae addi afflictionem tantam. Itaque non probamus sane factum eorum in hoc genere, qui praeter mandatum et voluntatem nostram ea sibi itinera potissimum delegissent. Mandaturi autem sumus, ut inde quam primum commigrent et ad ea loca, quae illis

per nos assignata fuerunt, sine mora proficiscantur. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Petricoviae, die XIIII mensis Maii, anno Domini MDLXV, Regni nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 982.

Radomiae, 26.V.1565.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Stanislae Milaszewski (in ms. Milaschowsky) intercedit, ut ei pecunia  
cuidam ducis servitori olim mutuo data restituatur.

(Germanice)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.320.

N. 983.

Petricoviae, 27.V.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

nuntiis ducis ore tenus se respondisse nuntiat.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.320.

N. 984.

Petricoviae, 3.VI.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se paratum esse asserit cum marchione Badensi vel personaliter conve-  
niendi, si eum adire velit, vel per internum ducis cum illo tractan-  
di facultatem concedere.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.320.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Cum nulla nobis equidem cum Illustri Principe Domino Marchione Badensi<sup>1)</sup> ante hunc Illustritatis eius ex Suecia redditum notitia interce-  
deret, non fuimus sane primi, qui Illustritati eius ad nos excurrendi  
auctores extiterimus. Sed cum Illustritas eius per nostras ditiones do-  
mum suam redire proposuisset literasque salvi conductus eiusmodi a

nobis postularet, is, qui ab Illustritate Sua eius rei gratia ad nos Per-novia allegatus erat, narravit nobis Illustritatem ipsius colloquium no-strum, coniugem autem Illustritatis ipsius colloquium Illustrissimae so-roris nostrae vehementer expetere, habere Illustritates Suas, quod ad nos de rebus magnis et pernecessariis primo quoque tempore referrent. Quem quidem nos Illustratum Suarum Nuncium ita dimisimus, ut et salvum conductum Illustratibus eorum per ditiones nostras concederemus, et conveniri nos ac Illustrissimam sororem nostram ab Illustratibus eorum permitteremus.

Quod ipsum cum iterum a nobis Illustrates Suae per literas Cau-nae scriptas postulare viderentur, ad nos ut possent excurrere, eodem modo a nobis responsum est nos quidem eius rei potestatem Illustrati-bus eorum facere non gravatim. Nunc si quidem Illustrates eorum idem cupiunt, quod olim cupere se magnopere significabant, nos ut adire possint, causa non est cur Illustratibus Suis id negemus. Sin autem mutato consilio per Internuncium Illustritatis Vestrae nobiscum malunt agere, nos quidem in eo quoque Illustrates illorum arbitrio suo uti permittimus. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Petri-coviae, die IIII mensis Iunii, anno Domini MDLXVI,<sup>z)</sup> Regni nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

1) *Christophorus II.*

N. 985.

Cnissini, 6.VII.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Matthia Szczuka, vicario in Wąsosz (Wasosze), qui bona quaedam  
sua vendere cupiens, sine consensu ducis id facere non potest.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII sine inscriptione.  
H B A, B 1, K.320.

N. 986.

Cnissini, 10.VII.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia ducti  
de pulvere tormentario a duce mutuo sibi dando.  
Sigill. IX.  
H B A, B 1, K.320.

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime.  
Cum nunc incumbat ardua Reipublicae necessitas, ut pulverum ad  
iaciendo tormentorum globos paretur quam fieri potest maxima copia,

nec ita celeriter pro tempore, ut res ipsa requirit, haberi queant, postulamus sedulo ab Illustritate Vestra, ut ob eam instantem Reipublicae necessitatem ex suis nobis interea ducentos (ut dicitur) centner imparatiatur reddique faciat quam primum vel huic praesentium exhibitori, vel ad quem id ipse exequendum detulerit, nimirum ut sine omni mora in Magnum Ducatum nostrum Lithuaniae deduci seu deferri possint. Parabuntur autem mandato nostro Gedani in usum nostrum, unde et Illustrati Vestrae, nobis id Thezaurario Magni Ducatus<sup>1)</sup> inhibentibus, restituentur. Rem eo faciet Illustritas Vestra peropportunam Reipublicae nobisque gratissimam. Cupimus hisce eandem bene et foeliciter valere. Datum Knyschynii, decima die mensis Iulii, anno Domini MDLXV.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) Eustachius Wołowicz.

N. 987.

Radomiae, 20.VII.1565.

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Caspero Brzozowski intercedit, ut dux petitionem eius benigne exau diat et ipsum in Germaniam proficiisci permittat, ut ibi in servitium aliquod intrare possit.

(Germanice)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.320.

N. 988.

Grodnae, 4.VIII.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de matrimonio plebani Iurboriensis, qui se a communione catholicae ecclesiae segregavit.

Sigill. VII.

H B A, B 1, K.320.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Perfertur ad nos Plebanum in Iurbork, qui hactenus ecclesiae illi praeiuit, commutato contra ecclesiasticos canones vitae genere, ex caelibe maritum non ita pridem factum esse. Quae res cum decretis Conciliorum et moribus ecclesiarum nostrarum aduersetur, ferri sane a nobis nulla ratione potest, praesertim cum assidue a Reverendo Domino Victortino Wierzbiczkii, Samogitiae Episcopo, cui proprie ius patronatus ad ecclesiam illam competit, solicitemur, ne propter eam obligationem,

quae a nobis in illo oppido Illustrati Vestrae facta est, patiamur ecclesiam illam profanari et veteris religionis ac pietatis ritus in illa deformari.

Itaque cum hypotheca eius oppidi, quae istic nostro nomine Illustrati Vestrae facta est, ad ecclesias se et ad sacra non extendat, sed in profanis duntaxat locis et fructibus ac redditibus eorum consistat, hor tamur Illustritatem Vestram ab eaque postulamus, ut cum eum Plebanum, qui se a communione catholicae Ecclesiae uxore ducta segregavit, Reverendus Dominus Episcopus amoverit aliumque praesbyterum catholicum pro illo instituerit, ne patiatur illic quenquam se huic voluntati et ordinationi Domini Episcopi opponere. Quin potius provideat, ut qui per Paternitatem eius constitutus et confirmatus Plebanus in Iurbork fuerit, is pro vero et legitimo eius loci Plebano habeatur eique de omnibus fructibus et proventibus respondeatur. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Grodnae, quarta die mensis Augusti, anno Domini MDLXV, Regni vero nostri anno XXXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 989.

*Radomiae, 15.VIII.1565.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*servitorem suum, Urbanum Helmingk, ducis subditum, negotiorum causa Regiomontum se conferentem, commendat, ut quam citissime ea expedire et in servitum suum redire possit.*  
(Germanice)

*Sigill. XIII maius.*

*H B A, B 1, K.320.*

N. 990.

*Grodnae, 19.VIII.1565.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de stipendiis militibus persolvendis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Gratum nobis esse studium eius militis, qui ab Illustri Curlandiae Duce<sup>1)</sup> a Suedicis partibus ad stipendia nostra traductus est, id nos vero non stipendiis solum ad tempus integre persolvendis, sed etiam omni gratia ac benevolentia nostra regia in posterum declarare parati prorsus sumus. Sed intelligit Illustritas Vestra, quantum a pecunia hoc iam tem-*

pore imparati simus, qui bellum septennale cum duobus maximis et potentissimis hostibus gerimus. Quo minus mirandum est, si huic quoque militi interdum non ad diem stipendia numerentur. Ac iusseramus nos quidem in exolvendis stipendiis aliarum cohortium eius in primis cohortis rationem haber. Verum nescimus, quomodo factum sit, ut mandato nostro non fuerit satisfactum et ut tam tenuis pecunia ad persolvenda eorum stipendia ex thesauro Lituanico mitteretur.

Itaque mandaturi denuo sumus diligenter, ut ad eum usum pecunia, quam maxima fieri poterit, ad Illustrum Dominum Curlandiae Ducemmittatur, ut studia militum non solum retineri in officio, sed etiam ad alacritatem quandam traduci videantur. Illud volumus Illustritas Vestra sibi persuadeat nullam nos plane voluptatem capere, quod ad oppignorationem castrorum, urbium et aliarum nonnullarum possessionum, tam in Regno ipso, quam in reliquis dominii et provinciis nostris, descendere necesse habeamus. Sed nimur ingens telum necessitas est, bellica praesertim, cui velis nolis omnino consulendum est. Inde fit, ut in Archiepiscopatu quoque ipso Rigensi necessario nobis quaedam oppignoranda fuerint, quod aliter de stipendiis quorundam militum neque satisfieri per nos, neque caveri potuisse videretur. Sed in eo tamen sumus, ut bello hoc per Dei gratiam foeliciter confecto omnia, quae interim oppignorata sunt, ad pristinam libertatem restituta esse videantur. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Grodnae, die XIX Augusti, anno Domini MDLXV, Regni nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Gottardus Kettler*.

N. 991.

Grodnae, 24.VIII.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Iudeao Grodnensi, subdito suo, cuius merces Regiomonti illegitime  
interceptae et oppignoratae sunt.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Amice et Consobrine noster Charissime.*

Cum negotia Hoshconis Isaacovitz, Iudei Grodnensis, subditi nostri, in quibus se apud Illustritatem Vestram a nobis promoveri supplicaret, ab aequitate haud aliena esse viderentur, noluimus sibi apud Illustritatem Vestram in eis deesse, praesertim vero cum opera huius in nonnullis hic rebus usui nobis esse soleat. Postulamus itaque ab Illustritate Vestra, ut ea ipsa illius negotia, quorum unum nomine octo vasorum sepi, falsi ac adulterini insimulati, eoque praetextu sibi Regiomonti intercepti ac pignerati, alterum nomine repetendorum certorum debitorum suorum, quae apud quosdam cives Regiomontanos, subditos Illustritatis Vestrae, pridem detenta habet, sibi apud Illustritatem Vestram intercedit, commendata habere eisque favere velit, ac subditis suis Illustritas Vestra iniungat, ut in detinendo quidem pignerato sepo ad legitimam

potius (si necesse esset) huius insimulationis purgationem subditum nostrum admittant, quam illud porro temere detinere in animum inducant. De debitoribus etiam suis, quos ille indicaverit, celerem ac indilatam iustitiam sibi administrent. Qua in re confidimus Illustritatem Vestram et aequitatis ipsius et commendationis nostrarae iustum rationem esse ducturam. Quae bene valeat. Datum Grodnae, die XXIII mensis Augusti, anno Domini MDLXV, Regni vero nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.  
b) manu propria.

N. 992.

Grodnae, 6.IX.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro fratribus Fabiano et Christophoro Wojanowski, ut a statuitione duorum equitum pro hac vice liberi fiant.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

HBA, B 1, K.320.

N. 993.

Grodnae, 11.IX.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
subditum suum Ioannem Lissowski una cum curru et equis omnique apparatu pro venationibus apto duci se mittere significat.  
Sigill. IX.  
HBA, B 1, K.320.

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber her öhem und schwager. Wir senden an Eur Liebden unsern lieben getrewen den edlen Johan Lissowski, unsern jargeltner, das wir durch inen und mit diesem unsern gegenwertigen schreiben Eur Liebden gesondheit besuechen, derer wir alles guttes von hertzen gnonnen. Auch uns nichts liebers sein khann, alleine wann es derselben an leibs gesondheit und sonst an allem glucklich und woll ergehet. Und diefeil jetzunder die zeit der jacht verhanden, zu welcher Eur Liebden in der jacht sein pflegen, so schickhen wir auch Eur Liebden hiebeig diesem unserem gegenwertigen gesanten einen hengenden kobelwagen mit rossen und aller zugehör; denselben wölle Eur Liebden freundlich von uns annemen und mit gutter gesondheit in der jacht gebrauchen. Wünschen hiemit Eur Liebden von hertzen sambt allen den iren ein langwirige gesondheit und alles das, was sie ir selbest von Gott dem allmechtigen begeredt. Geben zu Grodno, den 11<sup>ten</sup> tag September im Jahr des herren 1565, unseres königreichs des 36<sup>ten</sup> jahres.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.  
b) manu propria.

N. 994.

*Radomiae, 11.IX.[1565].*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro litteris et pro notitiis a nuntio ducis allatis gratias agit; de suo proxime futuro longinquò itinere eundem nuntium ore tenus relatum esse notificat; pro donis gratias agit.*

(Germanice)

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.320.*

N. 995.

*Radomiae, 11.IX.1565.*

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro medico suo doctore Ruperto Fink.*

(Germanice)

*Sigill. XIII maius.*

*H B A, B 1, K.320.*

N. 996.

*Grodnae, 12.IX.1565.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de rumoribus ad malevolos Lubecensium conatus spectantibus; de exspectata legatione Magistratus Rigenst.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.320.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Facit Illustritas Vestra pro veteri sua erga nos benevolentia et studio et pro officio suo erga Rempublicam et Regnum nostrum, cum nos de iis rebus facit certiores, quas ad rationes Regni nostri recte gubernandas pertinere existimat. Quod nobis sane ab Illustritate Vestra accidit longe gratissimum. Quanquam autem nihil magnopere eorum veremur, quae scribit Illustritas Vestra, partim quod explicatio eorum consiliorum, quae adversum nos iniri dicuntur, difficilior est, partim quod Lubecenses ipsi, quos rumor ipse architectos esse dicit eiusmodi consiliorum, aliam nobis non ita pridem per literas suas fecerunt spem de fide sua et religione foederum, quibus nobiscum continentur.

De quo ipso Serenissimus quoque Daniae Rex<sup>1)</sup> magnopere nos confirmavit, cum ad Serenitatem eius de eiusdem fere generis conatibus, qui Lubecensibus adscribantur, perscripsisset, ita ut si fides Lubecensium literis habenda est, nihil nobis magnopere ab ea parte metendum esse arbitremur. Tamen quoniam in his temporum perturbationibus, quibus religio, fides, pudor, ius iurandum extincta et profligata sunt, magis a perditis consiliis cavendum, quam foederibus omnino fidendum

est, nos quoque in eam rem invigilabimus nihilque eorum praetermittimus, de quibus nos Illustritas Vestra commode et fraterne prorsus admonet. Nunc Vilnam proficiscimur, quo quidem nonnullos ex Magistratu Rigensi venturos esse ad nos primo quoque tempore arbitramur. Quod cum erit factum, nec officio nostro, nec necessitati eius negotii ulla ex parte defuturi sumus. Postulamus autem ab Illustritate Vestra, ut ipsa quoque, quae per Germaniam amicitiis pollet, in eam rem diligenter incumbat et pro virili parte obsistat, ne perniciose eiusmodi consiliis ulla ansa ad explicandum aut exequendum praebeatur. Quin potius, si quid certius in hoc genere ac exploratius habuerit, id ad nos primo quoque tempore referat. Et valeat bene. Datum Grodnae, die XII mensis Septembris, anno Domini MDLXV, Regni vero nostri XXXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Fridericus II.*

N. 997.

Vilnae, 6.X.1565.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de negotio matrimonii ducis Curlandiae [Gottardi Kettler] cum ducum  
Megapolensium sorore [Anna] ad exitum deducendo deque difficilio-  
ribus hac in re conditionibus ab eisdem ducibus propositis.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Negocia Illustris Principis Curlandiae non arbitramur valde necesse esse Illustritati Vestrae commendari. Meminimus enim saepe Illustritatem Vestram pro Illustritate eius nobiscum egisse dignitatemque et fortunas eius Illustritatis diligenter nobis commendasse. Quod cum in omnibus fere Illustritatis ipsius negotiis, tum praecipue in negocio nuptiali luculenter apparuit, quod negocium Illustritas Vestra ita apud nos ursit et curavit, ut pro suo ipsius negocio suscepisse videretur. Ac adductum est quidem eo id negocium tum nostra, tum Illustritatis Vestrae opera et auctoritate, ut ab optato exitu non procul abesse videatur. Verum adfertur ad nos Illustres Megapolenses Duces ultra inscriptionem donationis propter nuptias, quam Illustris Curlandiae Dux sponsae suae, Illustrum Megapolensem Ducum sorori, in Ducatu Curoniae facturus est, requirere adhuc maioris cautionis gratia ab Illustritate eius, ut certam pecuniae summam in Germania deponat.

Qua re cum Illustris Curlandiae Dux magnopere gravetur, ab Illustritate Vestra postulamus, ut apud Illustres Duces Megapolenses partes suas interponat, ut ab hac tam difficili conditione Illustritates Suae discedant et in donatione ipsa propter nuptias, quae in Ducatu ipso Curoniae assignabitur, acquiescant. Nos enim profecto donationem eiusmodi legitimam et auctoritate nostra profectam ratam habituri et literis adeo

nostris confirmaturi sumus. Det modo Illustritas Vestra operam, quemadmodum coepit, ut matrimonium id inter Ducem Curlandiae et Illustrium Megapolensem Ducum sororem primo quoque tempore conficiatur et ad exitum ducatur. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Vilnae, die VI mensis Octobris, anno Domini MDLXV, Regni nostri XXXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 998.

Vilnae, 8.X.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Paulo Wernicke Gedanensi, secretario suo.  
(Germ., m.p. regis subscriptum)  
Vest. sigilli IX.  
H B A, B 1, K.320.

N. 999.

Vilnae, 12.X.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro nobilibus Ioanne Rherowicz et Urbano Petrowicz ex Samogitia, ut  
eis profugi coloni restituantur.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.320.

N. 1000.

Radomiae, 6.XII.1565.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
rege coniuge ita desiderante, 15 decembris in Wieluni, deinde 29 decembris,  
ut imperatoris desiderio satisfaciat, Linciam in Austria se transferre  
debere nuntiat.  
Sigill. XIII.  
H B A, B 1, K.320.

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzlieber her undt vatter,  
Eur Liebden sein mein fruenlich grus, auch als lieb undt gueten zuvor.  
Wan es Eur Liebden glicklichen undt wol gieng, das war mier alzeit

ein herzenliche freyt zu vernemen. Dergleichen wis Eur Liebden mich auch in gueten gesundt - got hab lob.

Nachdem<sup>a)</sup> ich mich gegen Eur Liebden fruenlich erpoten hab, alspalt ich<sup>b)</sup> ein gewisheit weis von mein auszueg,<sup>c)</sup> Eur Liebden solhes zu wissen tein, so kan ich Eur Liebden in fruenlicher mainung nit pergen, das ich aus pefelh sein kunigliche majestet, mein gnedigen heren undt gemahel, den 15. tag dies manet nach Vielun verrucken solt und die wein-nachfeirtag<sup>d)</sup> da stil zu ligen und den 29. von Vielun nach Linz zu verrucken,<sup>e)</sup> dan keyserliche majestet, mein allergenedigister her undt prueder, mier solhes pefolhen, nit auf Wien, sundt gestrax nach Linz zu verrucken, da ich sein majestet andrefen solt.

Des<sup>i)</sup> alles hab ich Eur Liebden nit unangezeit wollen lassen undt Eur Liebden auch mit diessen mein schreiben auf ein kurzen zeit zu gesegnen aus ganz true herz. Winssen und pitten got den<sup>g)</sup> almechtigen, das er Eur Liebden in<sup>h)</sup> gueter gesundtheit undt aller glicksalikeit erhalt, und ich Eur Liebden wieder in glicklich gesundtheit zu meiner ankunft fint. In allen den, das ich Eur Liebden wier kinen dienstlich sein pey keyserlichen majestet, wie mich Eur Liebden fruenlich hat die vorgangen zeit ansprechen lassen, auch in allen ander salt sich Eur Liebden gewislich zu mier als der truen tochter versehen, das ich solhes mit hochsten fleis tein wil, dem ich mich hiemit auf hoch undt fruenlichest pefehlen due. Datum Radom, den 6. tag Decembbris.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

Ich pit ganz fruenlich, des pretspil nit zu vergesen, das ich gar geren vor mein auszueg von Vielun haben wolt. Auch pit ich noch um ein weissen bernstein<sup>i)</sup> und etlich ellenklaun; ich verdiens wieder in alter fruenschaft.

a) in ms. nachden

e) in ms. verruck

b) in ms. danach gew

f) sic in ms.

z) sic in ms.

g) in ms. der

c) in ms. auszweg

h) pro expunctio: ich suprascriptum.

d) in ms. wein nach feirtag, post wein nach  
sequitur verbum expunctum

i) in margine bornstein adscriptum pro expunc-  
to in textu: achtein

### N. 1001.

Vilnae, 10.XII.1565.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

Ioannem Boileman in causa alicuius controverside inter ipsum et ducis  
rei monetariae administros intercedentis commendat.

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.320.

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber her öhem und schwoger.

Wir werden durch unsern lieben getrewen Hannsen Pollman be-  
richtet, das verschiner zeit zwischen ime und Eur Liebden muntzver-

walteren eine differentz wegen haldts und gewichtes etzlicher gelieberten silver entsprossen, welchs zu erörtern ime Boleman an wegen etlicher gescheft damals nicht muglich gewesen, jetzt aber Eur Liebden darumb zu ersuchen willens were. Damit ime nun sovil desto schleinigere abfertigung erfolgen möge, begeren wir, Eur Liebden solchen handel in keine weitlaffigkeit fur andere perschonen geraten lassen, sonder ime selbst genediglich abhelfen, damit er ime diese unsere an Eur Liebden gethane vorschrift furderlich und behulflich erkennen möge und inen sonst Eur Liebden befohlen lassen sein. Das wöllen wir in gleichem gegen Eur Liebden und den iren wider vergelten. Dieselb hiemit in den schutz des allmechtigen empfehlende. Datum zu der Willde, den 10<sup>ten</sup> tag Decembris nach Christi geburt im 1565<sup>ten</sup> jahr, unseres königreichs des 36<sup>ten</sup> jahres.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1002.

Vilnae, 4.I.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de feudo eiusdemque simultanea investitura; de iure suo directi dominii;  
praeterea ducem admonet, ne in committenda tutela filii a proprio  
testamento discedat.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini Charissime.*

Abeunti a nobis Magnifico Fabiano Czema, Palatino Mariemburgensi, dederamus in mandatis, ut quibusdam de rebus Illustritatem Vestram nostro nomine alloqueretur. Quod quoniam per eum hactenus factum non est, et sunt tamen quaedam, quae differri recte posse non videntur, idcirco de his voluimus Illustritatem Vestram his literis de mente nostra facere certiore. Caetera per nostrum aut Illustritatis Vestrae Internuntium ad eam postmodum referemus. Nunc accepimus Oratores ac Commissarios quorundam Principum, qui ius simultaneae investiturae ad Ducatum Prussiae benignitate nostra sunt consecuti, esse apud Illustritatem Vestram petereque suorum Principum nomine, uti a subditis Illustritatis Vestrae ius iurandum fidelitatis sibi praestaretur, cum conditione ea, si non extantibus aliorum feudatariorum, qui in hoc feudo Prussiae praerogativam temporis obtinuerunt, liberis masculis successio feudi ad eos deveniret.

Quae res quoniam more inusitato et praeter omnem feudorum rationem peti nobis per eos hoc tempore videtur, idcirco admonendum esse Illustritatem Vestram pro coniunctione mutua nostra existimavi-

mus, ut ne quid in eo praecipitanter aut agat ipsa aut fieri permittat. Nam et ordo ipse rerum et feudi leges perpetuae illud ante omnia requiri videntur, ut nobis, uti directo Domino, Regnoque ipsi nostro prius a Principe ipso feudatario ius iurandum fidelitatis solemniter praestetur, et tunc demum ab iis subditis, in quibus feudum constituitur, eiusdemmodi ius iurandum per feudatarium exigatur, idque etiam non nisi nobis et Senatu nostro consciis et Legatis ac Commissariis nostris praesentibus.

Cum autem nobis Regnoque nostro fidelitatis hoc ius iurandum sollempne praestitum non sit per eos, qui iam hoc tempore exigere illud ipsi a subditis velle videntur, facile intelligit Illustritas Vestra non posse id ex nostra Regnique nostri dignitate admitti, nec pro firmo aut rato haberi. Quod cum ita sit, non dubitamus Illustritatem Vestram in hoc genere ita se gesturam esse, ut et rerum et legum ipsarum et personae officiique sui et dignitatis adeo nostrae Regnique nostri iustum rationem habuisse videatur.

Praeterea rumoribus quoque ipsis adfertur ad nos Illustritatem Vestram ex hoc iam tempore tutelam Illustris sui filii ac bonorum, quae ad eam tutelam pertinent, curationem re ipsa deferre constituisse ad Illustrum Principem Dominum Ioannem Marchionem Brandenburgensem. De cuius quidem Illustritate etsi optime persuasi sumus omniaque, quae ad id munus pertinent, prolixo nobis de Illustritate eius policeamur, tamen quoniam meminimus, quid in hoc genere testamento suo, quod nos ad postulata Illustritatis Vestrae confirmavimus, Illustritas Vestra caverit ac constituerit, revocandum esse Illustrati Vestrae in memoriam existimavimus, utrum hac una re et hoc uno actu irritam velit facere universam suam extremam voluntatem, auctoritate nostra confirmatam, an potius ita se gerat, ut ne quid a tabulis testamenti sui, legitimate et summa cum sua laude ac ratione facti, discessisse videatur. Nos quidem, qui magna admodum necessitudine cum Illustritate Vestra coniuncti sumus, quique ut ipsam Illustritatem Vestram magnopere amamus, ita Illustrum ipsius filium filii prorsus nostri loco ducimus, non dubitamus Illustritati Vestrae auctores esse, ut propter et dignitatem suam et suam filiique sui tranquillitatem id potius in eiusmodi rebus sequatur et teneat, quod multo ante ab illa deliberatum, constitutum et per nos confirmatum est, quam ut sine causa ab eo discedat et novis seque suumque filium difficultatibus involvat.

Facile enim intelligit, quicquid in eiusmodi rebus sine nostra Senatusque nostri auctoritate factum ac constitutum fuerit, id ad perpetuitatem non satis prorsus roboris esse habiturum. Atque haec quidem, uti ex abundantia amoris nostri adversus Illustritatem Vestram profecta, ut in optimam partem Illustritas Vestra interpretetur, postulamus, detque operam, ut sicut in amore et benevolentia nostra lubens acquiescere videtur, ita in nostro Senatusque nostri consilio et auctoritate, quod ad eiusmodi res attinet, lubens acquiescat. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Vilnae, die IIII Ianuarii, anno Domini MDLXVI, Regni nostri XXXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 1003.

Vilnae, 16.I.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Birgitta, vidua Bernardi Derskaw, civis Gedanensis, cui Benedictus  
Bsun Regiomontanus solutionem debiti cuiusdam subterfugere co-  
natur.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: litterae eiusdem Birgittae ad regem germanice scriptae)*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1004.

Vilnae, 26.I.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*Ioannem Kostka, castellatum Gedanensem, commendat, quem ad nuptias  
ducis Curlandiae [Gottardi Kettler] se mittere significat.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1005.

Vilnae, 9.II.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de legatione internuntii ducis, Venceslai Schack, ad ducem redeuntis.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1006.

Vilnae, 14.II.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de dimensione agrorum quorundam in districtu Gilgenburgensi diffe-  
renda ob absentiam rothmagistri Henrici Gersdorff, cuius opera hac  
in re rex utitur.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1007.

Cnissini, 27.II.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Petrum Grajewski commendat, negotia quaedam coram duce peragenda  
habentem.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1008.

Vilnae, 2.III.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de negotio proscriptionis ducis et de nova hac in re instructione secun-  
dum desiderium ducis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Fecit Illustritas Vestra rem non modo nobis gratam, verum etiam suis et nostris rationibus vehementer congruentem, quod nobis eam vindicandae proscriptionis suae rationem literis suis inculcavit, qua negotium illud iam inde ab initio tam a parente nostro foelicis memoriae, quam postmodum a nobis etiam ipsis in Comitiis Imperii tutari subinde consueverit, et quam nos ipsi magis ex nostro et Illustratis Vestrae usu futurum intelligimus. A qua sane quod in hac novissima instructio ne nonnihil discessum fuit, recte Illustritas Vestra intelligit, id non de industria, sed ea, quam ipsa Illustritas Vestra infert, de causa factum esse, nimirum quod priora negotii illius acta ad manus tum temporis non habuerimus. Curabimus itaque, ut nova instructio in articulo ipsius proscriptionis, sic ut Illustritas Vestra perscribit immutata, ad manus Internuntii nostri primo quoque tempore deferatur. Qui ut hanc Illustratis Vestrae causam, aeque ac nostram ipsorum, diligenter tractet, et iam ante in mandatis habet et nunc denuo a nobis admonebitur. Cupimus Illustratem Vestram bene valere. Datum Vilnae, die II mensis Martii, anno Domini MDLXVI, Regni vero nostri XXXVII.*

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1009.

Vilnae, 10.III.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

se Ioannem Kostka, castellanum Gedanensem, ad nuptias ducis Curlandiae [Gottardi Kettler] mittere non posse, quia certior factus est easdem nuptias ad eum ipsum diem, quo litterae pervenerunt, translatas esse.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1010.

Grodnae, 17.III.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

litterae credentiales pro cardinali Stanislaw Hosio et Ioanne Kostka, castellano Gedanensi.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1011.

Lublini, 27.IV.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

fidelem servitorem suum, Valentinum Uebersfelde, silvarum suarum in Lithuania custodem, qui nunc in Prussiam transfertur, commendat.

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.321.

N. 1012.

Lublini, 30.IV.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

ut praefectus Iurborgensis admoneatur, ne exactoribus telonei regii in Magno Ducatu Lithuaniae iniurias ac violentias inferat.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.

Expositum est nobis nomine exactorum thelonie nostri Magni Duxatus Lithuaniae, capitaneatus Iurburgensis, a nobis Illustritati Vestrae

oppignorati, Praefectum Illustratis Vestrae multis illorum isthic mandatarios iisque minime decentibus iniuriis afficere, victualia et caetera ad communem sustentandi rationem pertinentia ut coemant pro usu et necessitate sua, ac ipsam quoque cum hominibus consuetudinem prohibere, ut non facile theloniorum nostrorum proventus queant exigi, ac insuper praeteritis hisce diebus contra omne ius et iusticiam peccunias nostras thelonarias et salis decem lastos illis arrestasse illarumque usum hucusque violenter prohibere, id autem in gravissimum et illorum praeiudicium et tesauri nostri non mediocria incommoda.

Proinde postulamus, Illustritas Vestra praedictum Iurburgensem Praefectum suum faciat compesci, nostri tantum thezauri proventibus ne incommodo tac ipsis quoque theloneariis nostris violentias eiusmodi neque ipse inferrat,<sup>a)</sup> neque ab aliis inferri permittat, nostra ut theloniae libere, pacifice et ex instituto praedicti mandatarii theloniatorum nostrorum possint a subditis illis et caeteris percipere. Salemque et pecunias illis arrestatas elliberet, si quid cum illis habeat controversiae, primum iure et iusticia mediante in foro partis competenti experiturus. Id non dubitamus Illustratem Vestram facturam esse. Datum Lublini, die XXX Aprilis, anno Domini MDLXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

<sup>b)</sup> *sic in ms.*

N. 1013.

Wieluń, 30.IV.1566.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Stanislao Milaszewski, servitore sui olim curiae magistri Gabrielis  
Tarlo, ut a certis oneribus bonis suis impositis liberetur.  
Vest. sigilli XIII maioris.  
HBA, B 1, K.321.

Katharina etc.

Hochgeborner furst, freundlicher geliebter herr und vater. Es hat uns Stanislaus Milashowsky, von deswegen wir hiebevor dermahleins aus Radom Eur Liebden geschrieben, undterthenigst berichten lassen, das ime auf denen guttern, so unser alter hofmeister seliger gedechnus, herr Gabriel Tarlo, Eur Liebden in seinem letzten testament vormachet, durch die itzigen vorwalter derselben gutter allerley eindrangk und beschwerung zuegefugt, auch das vieh, so ime, wie er berichtet, daselbst zuestehen soll, mit gewalt vorenthalten und entwendet werde. Wiewol wir nun sonst keinen andern grundt oder bericht hiervon haben, als was uns gemelter Milashowsky furtragen lassen, haben wir ime doch nichtsweniger wegen berurtes unsers alten hofmeisters, deme er lange zeit gedienet, auf sein embsiges ahnregen diese unsere furgeschrift gnedigst mittheilen wollen. Gelanget demnach an Eur Liebden unser freundlichs sinnen, Eur Liebden sich gegen vielgemelten Milashowsky auf sein ferneres ahnsuchen dergestalt vornehmen lassen wolten, damit er sich

dieser unserer intercession in allem, so die billigkeit erleiden thuet, gehlossen empfinden muge. Solchs umb Eur Liebden hinwiederumb zue vorschulden, sindt wir jederzeit gantz wol genaigt. Eur Liebden hiemit in den gnadenreichen schutz des allerhochsten gantz trewlichen empfhe-lende. Datum Velun, den letzten tagk Aprilis im 1566 jhare.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

N. 1014.

Wielun, 3.V.[1566].

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*discessum suum e Maiori Polonia, ordinibus Regni ita desiderantibus,  
usque ad proxime futura Comitia procrastinatum esse.*

*Sigill. XIII*

*H B A, B 1, K.321.*

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzlieber her und vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus undt<sup>a)</sup> als liebs undt guetes zuvor.

Wan es Eur Liebden glicklichen undt wol gieng, des hort ich herzen-lich geren. Dergleichen wis Eur Liebden mich auch von gnatten gottes in gueten gesundt - Gott hab lob. Nachdem ich ein lange zeit kein schreiben von Eur Liebden hab, kan ich nit underlassen, Eur Liebden mit diessen mein schreyben fruenlich zu ersuechen, ganz fruenlich pit, Eur Liebden wollen mich wissen lassen, wie Eur Liebden get. Eur Lieb-den werdt auch an zweifel verstanten hab, das mein auszueg zu keyser-lichen majestet, mein allergnedigsten heren und prueder, auf pegeren der lantschaft aus Grosspolen pis auf kundigen lantag eingestelt ist, wel-hes ich Eur Liebden auch aus<sup>b)</sup> fruenlicher mainung nit unangezeit wollen lassen. Gott<sup>c)</sup> der almechtige geb sein gotlich gnat und sick als nach sein heiligen undt gotlichen willen zu lob seins heiligen namen, mier aber zu christlichen seligkeit. Due mich hiemit Eur Liebden auf das allerfruenlichest pefelhen. Datum Vielun, den 3. tag May.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) sequitur expunctum: 1

b) suprascriptum pro expuncto: als

c) in ms.: gotter

N. 1015.

Lublini, 20.V.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de exactione publica in Comitiis Vilnensibus pro Magno Ducatu consti-tuta, etiam in bonis Iurborgensisbus et Nowa Wola execuenda.*

*Vest. sigilli*

*H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime, sa-lutem ac omnis foelicitatis continuum incrementum.

Cum in proximis Comitiis Generalibus Vilnensibus dominii nostri Magni Ducatus Lituaniae in usus ac necessitates belli, quod cum hosti- bus nostris gerimus, sustinendi de consensu omnium Ordinum ac Statuum eius dominii exactiōem publicam binam seu censem instituerimus ab hominibus plebei ordinis, tam subditorum nostrorum, quam etiam omnium Ordinum ac Statuum, incolarum eiusdem dominii ac terrarum omnium eidem attinentium, nempe a capite hominis utriusque sexus, tam masculi quam foeminei, certo censu constituto, quemadmodum ea de re latius ipsae constitutiones memorati conventus, publicis literis nostris expressae, in se continent. Atque ea exactio publica seu census, in usus ac necessitates eius institutus, cum iam omnibus fere ex locis eius dominii collectus ac ad quaestores publicos deportatus ac redditus sit, exceptis solummodo bonis nostris Iurborgensibus et Nova Volia, quae Illustritas Vestra hypothecae seu pignoris nomine a nobis concessa possidet, eapropter amanter postulamus ac petimus, quo Illustritas Vestra eam utramque exactiōem seu censem publicum ex subditis nostris praefatorum bonorum Iurborgensium ac Nova Volia iuxta speciales literas nostras, Rutenico charactere descriptas, confestim quantoce ocius fieri poterit, colligi ac ad thesaurum nostrum Magni Ducatus nostri Lituaniae deferi<sup>2)</sup> mandet ac praecipiat.

Factura in eo rem non minus nobis gratam atque usibus Reipublicae ditionum nostrarum utilem ac necessariam. Quam cum his Deo Optimo ac Maximo commendantes, incolumem ac foelicem esse ex animo cupimus. Datum Lublini, XX Maii, anno MDLXVI.

2) sic in ms.

N. 1016.

Lublini, 21.V.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Ioanne Kosmowski, ut ei profugi reddantur.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1017.

Lublini, 8.VI.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut medico cuidam ducis, cuius opera plurimis consiliariis regiis valde probatur, diutius in Regno commorari liceat.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1018.

Wieluń, 24.VI.[1566].

Catharina regina Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro litteris, necnon pro vino butyro caseo et sucino "perenstein" sibi missis gratias agit.

(Germanice)

Sigill. XIII

H B A, B 1, K.321.

N. 1019.

Lublini, 25.VI.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Iacobo Mikula cum subdito ducis causam habente, ut ei iustitia citius administretur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. XIII.

H B A, B 1, K.321.

N. 1020.

Lublini, 25.VI.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Georgio Galczewski, qui rescripto privilegii cuiusdam in Metrica ducis conservati opus habet.

(Subscriptum: Petrus Miskowski Regni Poloniae Vicecancellarius subscriptus)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1021.

Lublini, 30.VI.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

ut nobilibus subditis suis profugi in Ducatu latitantes, boves et equi vi ablati restituantur, nec hominibus subditorum suorum a praefectis et capitaneis ducis iniuriae inferantur.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Non sine gravi querella et animi molestia expositum et delatum est nobis nomine Generosi Stanislai Iłłowski, Palatinidis Plocensis, subditi

nostri, qui cum bona sua haereditaria, villa Niedzwiadna vulgo nuncupata, ditionibus Illustritatis Vestrae vicina et contigua habeat, multa se ibi damna pati et sustinere queritur, in subditis suis videlicet, quorum alteri ex temeritate et protervitate sua in ditiones Illustritatis Vestrae profugisse et istic divagari, alteri vero, quorum numero tres sunt ab Adamo quodam, Advocato in Raigrod, Illustritatis Vestrae subdito, iam aliquot ab annis vi et clandestino modo cum rebus eorum accepti et hactenus detineri dicuntur, caeteri vero subditi eius tot ac tantis iniuriis et rapinis a Praefectis locorum Illustritatis Vestrae contra fas et aequum premuntur ut eas diutius ferre non posse videantur.

Sicuti quidem hoc tempore nuper est factum, quod qui subditi eius in oppidum Biala negotiorum suorum causa certo die proxime praeterito, quo tum ibi nundinarum feriae peragebantur, profecti, ii, nulla ad id praebita causa, octo bobus et duobus equis spoliati et exuti sunt iussu, uti fertur, Capitanei Pisensis. Quae res cum ipsa per se iniqua sit et mutuae necessitudini nostrae repugnet, tum profecto nobis, qui de iniuriis subditorum nostrorum vindicandis a Senatoribus nostris admonemur. pernolesta sane et non ferenda videtur. Hortamus Illustritatem Vestram pro nostra mutua necessitudine, ut et eos Praefectos ac Capitaneos suos, qui id (uti quidem ita existimamus) citra voluntatem et scientiam Illustritatis Vestrae audent, auctoritate sua coherceat et eos subditos profugos bovesque et equos vi receptos restitui iubeat et de iis raptoribus debitum ius dicat. Deinceps vero ne patiatur a Praefectis et Capitaneis suis homines subditorum nostrorum ullis affici et premi iniuriis. Rem se et mutuae amicitiae nostrae dignam et nobis non ingratam Illustritas Vestra factura. Quam bene valere cupimus. Datum Lublini, XXX die mensis Iunii, anno Dommii MDLXVI, Regni nostri XXXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit. b)

a)-b) manu propria.

N. 1022.

Lublini, 1.VII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro mille equitibus sibi missis gratias agit eosque in Livoniam confestim  
mittendos mandat.*

*Sigill. VIIA.  
H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrino noster Charissime.

De benevolo Illustritatis Vestrae animo et summa erga nos propensitate, quam prolixe nobis in literis suis nuper ad nos datis declaravit, etsi nunquam dubitavimus, tamen eandem novis subinde officiis recognoscere magnae nobis fuit voluptati. Grato itaque ab Illustritate Vestra accipimus animo, quod a se in usum nostrum mille equites Serenissimo Regi Daniae<sup>1)</sup> deputatos passa est impetrari eoque auxilio nostrum hostem suum quoque esse testata est.

Quare cum et temporis ratio et rerum Livonicarum status postulet, ut quam primum in Livoniam tendant, postulamus ab Illustritate Vestra,

ut iussu illius iter eo capiant. Nos quoque sumus aliquem ex nostris missuri, qui a Praefecto et militibus iuramentum fidelitatis accepturus, ac ubi porro eos esse et quid agere velimus, sit mandaturus. Quod Illustritatis Vestrae officium pari benevolentia semper sumus recognituri. Quam optime valere cupimus. Datum Liublini in Conventione Regni nostri Generali, die I mensis Iulii, anno Domini MDLXVI, Regni vero nostri XXXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Fridericus II.*

N. 1023.

Lublini, 13.VII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*bona sua Iurborgensia duci oppignorata redimere se statuisse significat.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime, salutem et optatae valetudinis ac foelicitatis continuum incrementum.

Rationibus nostris ita exigentibus, statuimus bona nostra Iurborense Illustrati Vestrae oppignorata redimere, et reposita illi summa, quam in eis bonis inscriptam habet, possessionem bonorum ob magnam diminutionem mensae nostrae adire. De quo Illustratatem Vestram pro nostra in illam charitate proque mutua benevolentia, necnon pro contractus seu oppignorationis nostrae formula, in literis diplomatis, si bene meminimus, expressa, ante commonefacere voluimus ac adeo ante tempus id illi significare, ut, si rationibus Illustratatis Vestrae id quoque conveniat, de eo non ignoret. De reliquo cupimus Illustratatem Vestram firmiore indies valetudine et iucundis ac optatis rebus omnibus perfrui. Datum Lublino, XIII Iulii, anno Domini MDLXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Fridericus II.*

N. 1024.

Lublini, 15.VII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*legatos et commissarios suos ad ducem deputat postulatque, ut tempus indictorum a duce Comitiorum ita saltem pronogetur, ut possint ante finita Comitia illuc advenire.*

(Annexum: scriptum de die 25.VII.1566 germanice de eadem re).

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Cum nullum responsum ab Illustritate Vesta hactenus habeamus

ad ea, quae pridem de perturbato statu terrarum illarum tum per literas nostras, tum per Oratores, Reverendissimum Dominum Cardinalem Varmiensem<sup>1)</sup> et Generosum Castellatum Gedanensem, cum Illustritate Vestra egimus. Multa autem indies ad veterem illam perturbationem accedere eamque magis et magis augere dicuntur, deputavimus Legatos et Commissarios nostros ad Illustratatem Vestram Magnificum Ioannem de Sluzewo, Palatinum Brzestensem, et Genercos Petrum Sborowski, Castellatum Biecensem ac Capitaneum Stobnicensem, et Ioannem Costca de Stemberg, Castellatum Gedanensem, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium et Pucensem Dershoviensemque Capitaneum, qui et conditioni terrarum illarum auctoritate nostra prospiciant et Illustratatem Vestram consiliis suis adiuvent. Qui primo quoque tempore iter suum sunt ad Illustratatem Vestram ingressuri.

Verum quoniam intelleximus Comitia terrarum illarum per Illustratatem Vestram indicta esse, tempus autem habendis illis post paucos admodum dies adventare, ab Illustritate Vestra postulamus, ut tempus Comitiorum istorum ad spatium duarum septimanarum ultra constitutum tempus proroget vel, si id commode fieri iam non posset, saltem tractatus ipsos Comitiorum ita extrahat, ut Legati ipsi et Commissarii nostri possint ante finita Comitia istuc advenire. De quo commisimus etiam uberiori Nobili Ioanni Demetrio Sulikowski, Secretario nostro, nomine nostro agere. Cui ut fidem Illustritas Vestra habeat, magnopere postulamus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Lublini, die XV mensis Iulii, anno Domini MDLXVI, Regni nostri XXXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) Stanislaus Hosius.

#### *Annexum:*

Den 25. Julii anno etc. 66<sup>ten</sup> hat der konigliche gesandte Joannes Demetrius Sulikofski secretarius des und nichts anders, weder was in dem koniglichen schreiben enthalten et plane eisdem verbis usus est, zuletzt aber hat ehr mit ahngehogen, die konigliche majestet zu Polen etc. begerete, furstliche durchlaucht wolte den ausgeschriebenen landtagk noch ein zeit lang und biss die koniglichen gesandten ahnkiemen differieren; wo aber ihre furstliche gnaden den landtagk nicht verschieben kondten, so wolten seine furstliche gnaden gleichwol sine praesentia derselben koniglichen commissarien und abgesandten nichts attentiren, moviren oder schaffen, dann dieselben hetten befhelich ihren furstlichen gnaden zu raten, und wehr konndte senier furstlichen [gnaden]<sup>a)</sup> besser raten alss der ihrer furstlichen gnaden lehenher wehere, der ihrer furstlichen gnaden consobrinus und ihre furstliche durchlaucht vor al[ler w]iderwertigkeit<sup>a)</sup> schutzen konndte.

Als ehr aber zu Heilsspergk durchgezogen, hette ehr erfahren, das die gesandten,<sup>b)</sup> ehe der<sup>c)</sup> landtagk angehen wurde, villeicht<sup>d)</sup> noch wol<sup>e)</sup> zeitlich<sup>f)</sup> genug ahnkommen<sup>g)</sup> wurden, derhalben ehr auch wol bedacht gewesen, die mandata regia einzuhalten. Ehr hette aber furstliche durchlaucht zu sehen, zu sprechen und derselben glucklichen zu-

standt und wolfarth zu erfahren vorlangen getragen mit pit, furstliche durchlaucht wolle seine gsten<sup>h)</sup> her sein und pleiben und ihne in numerum suorum servitorum schreiben etc.

- a) *foramen in charta.*  
b) *sequuntur verba expuncta:* nicht ehe der  
c) *in margine.*  
d) *supra lineam.*
- e) *sequitur aliquod verbum expunctum.*  
f)-g) *in margine.*  
h) *sic in ms. cum signo contractionis, forsan: gnedigsten*

N. 1025.

Lublini, 20.VII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Thomam ab Emden (Embden) commendat.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1026.

Lublini, 20.VII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
litterae fidei pro oratoribus suis ad ducem missis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Mittimus Magnificum Ioannem de Sluzewo, Palatinum Brestensem, et Medzirecensem ac Coninensem, tum Generosos Petrum Zborowski Biencensem et Stobnicensem, ac Ioannem Kostka de Stemberk Gedanensem et Pucensem Derschoviensemque, ac terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium, Castellanos et Capitaneos, atque Nicolaum Firley de Dambrowicza, Secretarium nostrum, Oratores nostros ad Illustritatem Vestram cum plena potestate. Quibus mandavimus, ut nostris verbis Illustritatem Vestram salutarent ad eamque nostro et Senatus nostri nomine nonnulla referrent, in quibus tam nostra quam Illustritatis Vestrae dignitas et tam nostrarum quam Illustritatis Vestrae ditionum salus et tranquillitas magnopere posita esse videtur.

Quod cum ita sit, ab Illustritate Vestra amanter postulamus, ut eos placide audiat verbisque eorum fidem habeat, et quae ex ipsis intellectexerit, ad ea studium et voluntatem suam adiungat. Factura pro

nostra suaque dignitate et dominiorum utriusque tranquillitate summa. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Lublini, die XX Iulii, anno Domini MDLXVI, Regni nostri XXXVII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1027.

Lublini, 15.VIII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de sceleribus in subditos suos a praefectis ducis perpetratis, de reis puniendis subditisque suis indilata iustitia administranda.*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissime Princeps, Domine, Consobrini Charissime.

Certiores facti sumus Praefectum castri Illustratatis Vestrae Pissen-sis subditum nostrum de Ducatu Masoviae, Nobilem Bartholomeum, filium Ioannis Sczuka, hominem innoxium, nullo crimine et excessu no-tatum, a quibusdam Woitelow, Sokolow et Gutow, ditionis Illustratatis Vestrae hominibus, illo devectum, funibus constrictum gravibusque vul-neribus affectum, proximis hisce diebus in carcerem conieccisse, eoque illum hactenus detineri, nemine accusante. Praeterea quosdam Wlostow-skie, eiusdem Illustratatis Vestrae subditos, in villam Pelczyno impetu hisce diebus proximis facto, servum Nobilis Valentini Sczuka Mathiam Nieczkowski, subditum nostrum, impie trucidavisse.

Quae res quam acerba nobis sit auditu, ipsa Illustritas Vestra facile existimare potest. Quare ab illa sedulo postulamus, ut subditum nostrum, carcere mancipatum, cuius salus ob accepta vulnera extremo in discri-mine versatur, primo quoque tempore dimitti faciat ipsique pro iniuria accepta et pro occiso ius cum subditis suis dicat et promptam ac indi-latam subditis nostris administret iusticiam. Factura est in eo rem nobis gratam et suo officio dignam parique ratione a nobis per occasio-nem compensandam. Quam diu et foeliciter valere optamus. Datum Lu-blini in Conventione Regni nostri Generali, XV mensis Augusti, anno Domini MDLXVI, Regni nostri anno XXXVII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1028.

Lublini, 26.VIII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro fratribus Nicolao et Christophoro Bilewicz, ut eis profugi resti-tuantur.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.321.*

Varsaviae, 4.IX.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*ut subditis suis Iurborgensisbus et Nowowolensibus, variis et multis iniuriis a praefectis ducis affectis, iustitia administretur, ad quam rem commissarii utrinque sunt deputandi.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.321.*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster: Charissime.

Deferuntur saepius ad nos per nostros Praefectos curiarum ac sylvarum custodes iniuriae multae, quibus subditi nostri non solum ii, qui in vicinitate cum ditionibus Illustritatis Vestrae agunt, sed etiam Iurborgenses ac Nowowolenses, qui eidem a nobis sunt oppignorati, ad illius Praefectis, Administris ac eorum locumtenentibus contra mutuorum pactorum ac contractuum formulas, circa obligationem bonorum Iurborgensium expressas, afficiantur, adeo ut etiam et in itineribus publicis capiantur et in ditiones illius deducantur. De quibus quidem iniuriis, gravaminibus ac angariis non dubitamus Illustritatem Vestram nihil poenitus scire, quae erga omnes sese piam ac benignam exhibere solet, cum isti oppressi tam nos, quam Illustritatem Vestram, ob minas eorumdem factorum questum accedere non possint.

Itaque ea fieri insolentia ac licentia factorum, qui plus juris sibi in misellos, quam par sit, sibi tribuunt, arbitrantes, postulamus abs illa, ut deinceps ab inferendis istis iniuriis suos cohipeat interdicatque suis Praefectis, quo pectorum atque contractuum servantes sint, nec quicquam ultra constitutiones nostras in subditos nostros statuant. Atque idcirco si quid in contrarium contractuum circa traditionem bonorum oppignoratorum inter nos constitutorum ab Administris illius est admissum, volumus, ut Illustritas Vestra suos Commissarios ad nostros, quos ad redemptionem bonorum Iurborgensium designabimus, adiungat, quibus potestas sit de ipsis iniuriis et querelis subditorum nostrorum cognoscendi ac examinandi. Ac ut coram eis Administris ipsi, cum quibus illis res est, pareant et respondeant, praecipiat. Non probamus id quoque, quod subditi nostri praeter carceres nostros (quos isthic nos habere non est dubium, ad carceres Illustritatis Vestrae Ragnetenses ablegantur. Quare postea eodem in loco, in quo delictum est, sine ulla ablegatione poenas exigere iubeat. Caeterum Illustritatem Vestram optime valere cupimus. Datum Warschoviae, die quarto Septembris, anno Domini MDLXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

*N. 1030.*

*Lublini, 5.IX.1566.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
litterae fidei pro Christophoro Konarski, cui redemptio praefecturae  
Iurborgensis, duci oppignoratae, concredita est.  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Quemadmodum antea Illustritati Vestrae significavimus, nos distric-  
tum nostrum Iurienburgensem, Illustritati Vestrae oppignoratum, re-  
dempturos esse, ita iam totum hoc negotium comisimus Generoso Chri-  
stophero Konarski, Secretario et aulico nostro, qui cum Illustritate Ve-  
stra nomine nostro ageret et districtum Iurienburgensem pecunia nostra  
redimet. Quare ab Illustritate Vestra postulamus, ut quicquid nomine  
nostro ratione huius redemptionis cum ea conferet, in omnibus illi fidem  
indubiam adhibeat, suam voluntatem ad ea, quae illi cum plena facultate  
demandavimus, accommodet et accepta pecuniarum summa, in bonis  
nostris memoratis sibi per nos inscripta, in cedula et dimittenda praef-  
fectura, tunc quando pecunia illi fuerit numerata, non difficilem se praef-  
beat, obligationibus et inscriptionibus una cum ipsa praefectura eiusque  
inventario aliisque omnibus, negotium hoc concorrentibus, in manus et  
potestatem praefati Generosi Secretarii nostri traditis et restitutis. Fac-  
tura Illustritas Vestra rem voluntati nostrae congruam et acceptam.  
Datum Liublini, die V Septembbris, anno Domini MDLXVI.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscrispit.*<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

*N. 1031.*

*Lublini, 6.IX.1566.*

*Sigismundus Augustus rex Polontae  
Alberto in Prussia duci  
commissarios se in Ducatum misisse, ut ducem ingravescente aetate a  
machinationibus turbatorum obscurorumque hominum liberaret  
ipsumque Ducatum ducis filio pacificum conservaret.  
Sigill. VIII.*

*(Adest exemplar)*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

*Cognovimus ex non obscuris inditiis curas nostras, quas ad statum  
Ducatus illius retinendum, ne ingravescente aetate Illustritatis Vestrae*

tam foede labefactetur, impendimus, a turbatoribus pacis apud Illustritatem Vestram traduci mandataque Commissariorum nostrorum illi suspecta videri, ac si tale quicquam a nobis legatione nostra peteretur, quo authoritas Illustritatis Vestrae elevari et convelli posset. Sunt illustri loco posita benevolentiae nostrae studia erga Illustritatem Vestram. Quemadmodum autem nunquam quicquam hactenus praetermisimus, quae ad ornandam dignitatem illius spectare nobis visa sunt, sic ab eadem nunc quoque postulamus, ne malevolas hominum persuasiones ante facta nostra ponat, sed sibi prorsus persuadeat Illustritatem Vestram nunc vel maxime nobis cordi et curae esse, cum iam natu grandis sit aetasque illius diuturnis laboribus, ut imbecillitas eius gravitatem rerum amplius vix sustinere posse videatur.

Obversatur animo nostro turbatae provinciac imago, in cuius spem cum haeres, suavissimis atque optimis moribus illustris puer, illi natus sit, partium nostrarum quod erat praestitimus, neque ab incoepio unquam desistemus, priusquam haeredi Illustritatis Vestrae et vasallo nostro Ducatum pacificemus, ab eadem Illustritate Vestra tanquam indubitatum haeredem sartum tectum propagandum. In quo certe non suspitiones, sed gratiam nos mereri iudicamus, cum maxime nostra quod facimus intersit.

Caeterum cum turbis istis tragicis se personam immisceat Illustris Princeps Iohannes Albertus Dux Megapolitanus, qui nobis invitis Gubernator constitutus, feudi nostri possessionem apprehendere velle dicitur, postulamus quoque ab Illustritate Vestra, ut literis suis Principem eundemque generum suum dehortetur, ne de tali gubernatione suscipienda quidem cogitet, multo minus se in Prussiam illius spe conferat. Quod cum et nos iam per literas nostras fecerimus, idem vero Princeps, spreta autoritate nostra regia, contra facere ausus fuerit, non obscure ferimus nobis eas rationes extare, quibus autoritatem nostram sartam tectam conservemus omnemque iniuriam nostram nostrorumque revellamus.

Quum equitis illius usum, quem Illustritas Vestra nobis obtulit, aliquando necessarium futurum speraremus, grati acquievimus voluntati Illustritatis Vestrae. Nunc vero cum externo milite in Livonia non indigeamus, gratiam illi habemus, quod studium suum nobis declaravit. Simulque eandem hortamur, ut primo quoque tempore militem dimittat diligenterque provideat, ne sic dimissus<sup>a)</sup> ditionibus nostris bonis nostrorum praedando incommodet, ne hoc quoque accedat ad publicam calamitatem, praesertim si subditis nostris ea necessitas imponatur, ut vim vi, quod fieri<sup>b)</sup> mandavimus, repellant. Factura est Illustritas Vestra rem patriae suaे perquam salutarem atque eam ex maximis difficultibus extricabit. Tandem bene feliciterque valeat Illustritas Vestra. Datum Lublini, VI die mensis Septembris, anno Domini etc. LXVI, Regni vero nostri XXXVII.

Sigismundus Augustus Rex subscrispit.

a) *in ms.:* dimissis

b) *verbum:* fieri *suprascriptum pro expuncto:*  
quidem

N. 1032.

Lublini, 7.IX.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro mille equitibus sibi a duce oblatis gratias agit, sed eis pro tempore  
se non indigere nuntiat.*

*Sigill. VIIa.*

*(Adest exemplar)*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.*

Pergratum nobis fuit estque etiam nunc studium Illustritatis Vestrae, quod in promittendis in usum nostrum expensis suis mille equitibus abunde nobis declaravit. Sane per omnem occasionem operam daturi sumus, ne immemores huius Illustritatis Vestrae erga nos officii fuisse videamur. Verum quia hoc iam tempore, postulantibus id ita rationibus nostris, non videmur iis equitibus amplius indigere, non est quod Illustritatis Vestrae eos amplius detineat. Est autem hoc nobis Illustritatis Vestrae officium ita gratum, ac si iis ipsis equitibus feliciter usi fuissemus. Cupimus Illustritatem Vestram bene feliciterque valere. Datum Lublini, die VII Septembris, anno Domini MDLXVI, Regni vero nostri anno XXXVII.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>*

a)-b) *manu propria.*

N. 1033.

Varsaviae, 3.X.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de commissariis a duce constitutis ad controversiam occasione bonorum  
quorundam intercedentem inter fratres Fabianum et Christophorum  
Wojanowski ab una et Petrum Wojanowski, capitaneum Graudni-  
censem, patrum illorum, parte ex altera decernendam.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

N. 1034.

Wieluni, 7.X.[1566].

*Catharina regina Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*proxime futuram projectionem suam Viennam annuntiat.*

*Sigill. XIII.*

*H B A, B 1, K.321.*

Durchleuchtigiste[r] furst, fruenlicher mein herzlieber her undt vatter, Eur Liebden sein mein fruenlich grus, auch als liebs undt guetes zuvor.

Wan Eur Liebden in gueter gesundtheit wer, auch glicklichen undt wol gieng, das hort ich herzenlich geren. Dergleich wis Eur Liebden mich

auch von gnatten Gottes in gueten gesundt - Got hab lob. Ich kan auch nit underlassen, nachdem ich aus pefelh der kuniglichen majestet, mein allergnedigsten her und gemahel, mich als margin wil, gor von hinen auf die reis pegib nach Wien zu der keyserlichen majestet,<sup>1)</sup> Eur Liebden durch dies mein schreyben fruenlich zu gesegnen. Winssen Eur Liebden von Got dem almechtigen alle glicksaligkeit und das ich in meiner wiederankunft alhie Eur Liebden in gueter gesundheit fint und Eur Liebden noch einmal sehem mog. Und pit in allen, so ich Eur Liebden pey keyserlichen majestet dienen kan, die zeit, so ich da sein wierdt, Eur Liebden wollen mit mier schafen, dan<sup>a)</sup> mier ein herzenlich freyt ist, Eur Liebden zu dienen, dem ich mich auf das allerfruenlichest due pefelhen. Datum Vielun, den 7. tag. Octobris.

Katharina kinigin zu Polen.

a) *sequitur expunctum verbum*: ich

1) *Maximilianus II.*

N. 1035.

Varsaviae, 15.X.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de arce Grobin duci Curlandiae [Gottardo Kettler] reddenda.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Retulit ad nos Illustris Curlandiae Dux non alienam esse Illustritatem Vestram a tradenda Illustritati eius arce Grobin, quam nos Illustritati eius ex pactis teneri videmur, modo Illustritati Vestrae de summa pecuniarum in ea arce inscripta caveatur. Quod quidem si ita est, per gratum nobis accidere ab Illustritate Vestra, nam cum is Princeps constantem erga nos semper fidem tutatus sit, cuperemus eum et honoribus et fortunis esse ornatissimum. Itaque si citra Illustritatis Vestrae damnum et incommodum fieri poterit, ut arx Grobin ei reddatur, nos de summa in ea inscripta aliqua ratione Illustritati Vestrae providebimus. Quod Illustritatem Vestram scire voluimus. Quam bene feliciterque valere optamus. Datum Varsoviae, die XV Octobris, anno Domini MDLXVI, Regni vero nostri XXXVII.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptus.*<sup>b)</sup>

a-b) *manu propria.*

N. 1036.

Varsaviae, 17.X.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de certa pecuniae summa, Augustino Rotundo, secretario regio et advocate Vilnensi, necnon Valentino Mikitnicki, notario suo advocatiali, a quodam Iacobo Zamokly, domestico, furto sublata.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.321.*

*Viennae, 17.XI.[1566].*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
adventum suum Viennam notificat.*

*Sigill. XIII.  
H B A, B 1, K.321.*

Durchleuchtiger furst, fruenlicher mein herzlieber her undt vatter,  
Eur Liebden sein mein<sup>a)</sup> fruenlich grus, auch als liebs und guetes zuvor.

Wan es Eur Liebden glicklichen und wol gieng, auch in gueter gesundtheit, das war mier ein herzliche freit zu vernemben. Dergleichen wissen Eur Liebden mich auch in gueden gesundt undt los Eur Liebden wissen, das ich alhie zu Wien in gueter gesundtheit an pin kumen und die keisserin<sup>1)</sup> und ier kint in gueder gesundtheit gefunden; und die keyserliche majestet,<sup>2)</sup> mein allergenedigister her undt prueder, ist in funf tagen nach mier herkumben in gueder gesundtheit. Got<sup>b)</sup> dem heren sey vier solhes alles lob und danck und wol sein keyserliche majestet in gueder gesundtheit erhalten. Ich pit auch Eur Liebden ganz fruenlich, si wollen sich zeiger des prief, den heren von Dan, lassen pefolhen sein und in allen, so er Eur Liebden vierpringen<sup>c)</sup> wierdt, mit gnaden erscheynen. Das wil ich wieder in aller fruenschaft verdienien und due mich hiemit Eur Liebden ganz fruenlich pefelhen. Datum Wien, den 17. tag Novembri.

Eur Liebden fruenliche tochter Katharina kinigin zu Polen.

a) *sequitur expunctum:* sch

1) *Maria, Caroli V filia.*

b) *praecedit expunctum:* g

2) *Maximilianus II.*

c) *in ms. vierprungen*

*Cnissini, 22.XI.1566.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci*

*ut ducem in senectute sua ab insidiis et machinationibus obscurorum  
perversorumque hominum liberaret, commissarios suos illuc misit,  
ut res in pristinum statum et ordinem redigerent.*

*Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.321.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime.

Non potest satis exprimi, quanta cum animi nostri molestia acciperemus, cum ad nos certatim afferretur homines quosdam obscuros, alienigenas, ita sese in mentem Illustritatis Vestrae insinuasse, ut ex pulchris rerum initiiis, ubi sibi fidem apud Illustritatem Vestram compassent, maiora suis viribus essent ausi. Qui dum suas technas longo

tempore pulchris coloribus et praetextu cuiusdam pietatis Illustritati Vestrae obtenderent, eo perduxerant, ut praeter alia multa, nobis et Regno adversa, etiam Illustritatem Vestram, fidentem sibi nihilque de se mali suspicantem, in laqueos prope et tendiculas pellexerint. Quem cum aetatis, tum authoritatis Illustritatis Vestrae abusum nequaquam ferre aequo animo potuimus. Sanguinis enim necessitudo, quae nobis cum Illustritate Vestra intercedit, et vetera illa singularis studii et benevolentiae Illustritatis Vestrae erga nos indicia nobis maximo dolori illum esse fecerunt.

Quo nos adducti, praevisis malis, quae ex flagitiosis illorum consiliis in apricum tandem, ita Deo volente, prolatis secuta fuissent, tranquillandarum rerum Illustritatisque Vestrae ex tanta perturbatione sublevanda causa, illuc paulo ante Legatos et Commissarios nostros dimisera- mus. Ex quibus studia et tantam sollicitudinem nostram Illustritati Vestrae gratam et acceptam extitisse accepimus. Fuitque nobis iucundum Illustritatem Vestram, memoria antiquae voluntatis nostrae erga se, confidenter ad omnia se non modo facilem, verum etiam veluti praemonstratorem praebuisse.

Nos quidem cum rebus adversis Illustritatis Vestrae aequae ac nostris doleamus, quantae curae illius haec imbecilla et gravis aetas nobis sit, quantaque nos molestia perversissimorum hominum audax petulantia et temeritas in ipsam Illustritatem Vestram exerta affecerit, hoc actu declarare sumus conati. In quo nihil nostri commodi quaesivimus. Omnia ad Illustritatis Vestrae autoritatem stabiliendam et hanc aetatem ab omni perturbatione vindicandam haereditatemque Illustritatis Vestrae optimo filio sartam tectam conservandam propendebant. Non sit dubia Illustritas Vestra nobis de illa nostra erga se benevolentia nihil ademptum esse, maiore etiam studio et arctiore debito, tum iam praecipue, cum secundum Deum in nos in tanta senecta illius cura recumbit, Illustritati ipsius obligati sumus. Quemadmodum neque nobis dubium est Illustritatem Vestram agnoscere id ex summa in illam propensione nostra esse profectum, quod in tanto rerum discriminine illis terris Illustrati Vestrae subiectis mature subvenerimus, neque ad omnem occasionem Illustritas Vestra in nobis aliam unquam mentem inveniet.

Cum autem per illos perturbatores omnia suis locis dimota, etiam cum pristina dignitate officia sint restituta viris bonis et prudentibus, solus Christophorus Creicz Burgraviatum suum non repetiit, cuidam Georgio Faselt collatum, qui licet ab omni noxa alienus esse dicatur, tamen cum e Reipublicae commodo fore existimemus eum, qui ante, sustinere id onus, quo maximi momenti negotia nituntur, consultum foret eum ad suum munus redire, isti vero ut aliquo alio officio provideretur. Hortamur itaque Illustritatem Vestram, ut eundem Christophorum Creicz, qui in eo officio diuturno usu magnam sibi experientiam ad res confiendas comparavit, rursus pristino suo loco restituat. Ut eo una cum aliis suis collegis diligenter muneri suo incumbente, huiusmodi erroribus, quibus nunc auxilio divino illae terrae liberatae sunt, undique praecudatur aditus. Quod nos quidem ex animo fieri cupimus Illustritatemque Vestram diu fore sanam et incolumem desideramus. Knyschynii, XXII Novembris, anno Domini MDLXVI, Regni vero nostri XXXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

Cnissini, 23.XI.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duct  
tumultibus et seditionibus in Prussia sedatis, se etiam porro dominatio-  
nem ducis eiusque filii ibi promoturum esse promittit.  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.321.*

Von Gottes genaden Sigmundus Augustus etc.  
Durchlauchtieger hochgeborner furst undt freundlicher lieber ohem.  
Wir muegen mit warheyt woll melden, dass uns die unvorhoffte entpö-  
lung, so neulicherweil in Eur Liebden furstenthumb erreget, darauss al-  
lerley schedliche trennung, zerruttung undt tumult entstanden, auch  
viel mher unordnung undt ungluck hett ervolgen sollen, zum hochsten  
beschwerlich zu vernemen gewesen, auch höher zu herzen gangen, als  
wan sich zwas dergleichen in unserm reich aber denen landen, so uns  
sonsten ahne mittel unterworfen, wohere erreget undt erwecket worden,  
undt wann wir dann mit Eur Liebden, die ihn ihren wollbetagten höhen  
rhumlichen alter bessern friedt bedörft, ein freundlich mitleiden gehabt,  
wie uns dann furnemlich wegen unser blutfreundtschaft nicht anders ge-  
buren wollen, als seindt dies mittel mit radt unserer reichstende veror-  
denet, dardurch solche hochverdechtige nachteilige anschlege, unrhue  
undt aufrhur undt, was vherrr darauss hette entstehen konnen mit gött-  
licher hulf dannach gehindert undt aller gefherligkeyt furgebauet undt  
also Eur Liebden wolbestalte alte regierung wiederumb gefasset undt zu  
derselben furstenthumb aufnemen heil undt wollfart ihn rechte ordnung  
gebracht worden. Das nun Eur Liebden unsere trewe sorge freundlich  
undt mit danckbarem gemutt angenommen undt fur ir person auch nicht  
allein geruhlen lassen, sondern auch treulichen beistandt geleistet, dass den  
aufwigelern gewheret undt alle dinge wiederumb zum vorigen friedlichen  
stande gebracht, vormercken wir gar gerne undt haben uns Eur Liebden  
deste williger hinvherr zu aller genediger freundlicher willfherigkeyt,  
wa oft undt dick es Eur Liebden person undt derselben erben, unsers  
auch freundlichen lieben ohems undt ihrer landt undt leut gelegenheyt  
erfordert, dann sich Eur Liebden undt meniglich in aller dieser undt  
dergleichen handlung nichts anders zuvorleslich zu uns zu vorsehen, dann  
dess von uns alle unser vleiss, mhue undt arbeit allein dahin gerichtet  
wirdet, damit Eur Liebden in rhue, friedt undt derselben leut undt lande  
wolstandt ir wolbetae rhumliche alter loblich beschliessen undt ehege-  
melten irem freundlichem lieben shonn richtige friedliche fröhliche undt  
heilsame regierung lassen möchten, welchs wir aus genediger zuneiglic-  
keyt, die wir kegen Eur Liebden stets getragen, derselben nicht haben  
vorhalten wöllen, die wir hirmit gottlichen starken schuz entpfelen. Ge-  
geben zu Knischin, den XXIII Novembbris anno Christi MDLXVI, unsers  
reichs in XXXVII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

Cnissini, 24.XI.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
 Alberto in Prussia duci  
 de damnis et facinoribus in custodes silvarum regiarum perpetratis;  
 de eorum reis puniendis et victimis iustitia administranda.  
 Sigill. VI.  
 H B A, B 1, K.321.*

*Sigismundus Augustus etc.  
 Illustris Princeps, Consobrini noster Charissime, salutem ac omnem  
 ad vita<sup>z)</sup> felicitatem Illustritati Vestrae ex animo optamus atque cu-  
 pimus.*

Scire deinde eandem volumus saepius perferri ad nos de multis  
 damnis ac detrimentis nostris, quae nobis in sylvis nostris, maxime Bersz-  
 tanensibus, a subditis Illustritatis Vestrae non solum furtis, verum etiam  
 caedibus ac homicidiis praesertim custodum sylvarum nostrarum infe-  
 rantur, quemadmodum nunc recens duo custodes ab illis interfecti sunt,  
 ac insuper parum abfuit, quin ipso<sup>z)</sup> quoque Praefectus noster sylvestris  
 violentas manus eorum evaserit. Praeterea iidem subditi Illustritatis Ve-  
 strae curiam nostram ac diversas domos aliquod in indictis<sup>z)</sup> sylvis, ex  
 quibus custodia sylvarum haberi solita fuit, combusserunt.

Itaque Illustritatem Vestram amanter postulamus ac petimus, quo  
 datis literis suis ad Burgrarium Regiomontanum Christoferum<sup>a)</sup> Waselt,  
 Praefectum districtus Ustroensis, districtius mandare ac praeципere ve-  
 lit, ut memorato Praefecto sylvarum nostrarum ac subditis nostris ad  
 omnes eorum querelas ex subditis Illustritatis Vestrae ius reddat iusti-  
 ciamque debitam ac indilatam ministret, atque iuxta iuris ac iusticiae  
 normam de facinerosis penas ac supplicia commerita sumat, quo caeteri  
 exemplo eorum ab eiusmodi facinoribus ac latrociniis cohiberi coer-  
 erique<sup>b)</sup> possint. Factura Illustritas Vestra rem perinde nobis gratam  
 atque iustum ac necessariam. Quod restat, eandem Illustritatem Vestram  
 Deo Optimo ac Maximo commendantes, valere optime ac semper foeli-  
 cem esse ex animo optamus atque cupimus. Datum Knyszynii, die XXIIII  
 Novembbris, anno MDLXVI.

c) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>d)</sup>

a) in ms. Chroferum (sine signo contractionis)      c)-d) manu propria.  
 b) in ms. coercereque      z) sic in ms.

Grodnae, 1.XII.1566.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
 Alberto in Prussia duci  
 Henrici Gersdorff nepotem, nobilem iuvenem Ioannem Siciński, com-  
 mendat, ut in servitium Alberti Friderici filii ducis ingredi simulque  
 cum eo educari possit.  
 (m.p. regis subscriptum)  
 Sigill. VIIa.  
 H B A, B 1, K.321.*

N. 1042.

Grodnae, 2.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
litterae credentiales pro Ioanne Demetrio Solikowski, secretario suo,  
quem ad ducem mittit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.321.

N. 1043.

Grodnae, 3.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Ioannem Źelisławski commendat, ut arcem Probuty obtinere possit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.321.

N. 1044.

Grodnae, 4.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de solutione pecuniae duci debitae usque ad tempus redēptionis prae-  
fecturae Iurborgensis differenda.  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Charissime.

Generosus Christopherus Konarski, aulicus noster, qui nostro no-  
mine cum Illustritate Vestra egit de redēptione praefecturae Iurbor-  
gensis, scripsit ad nos de prioribus pecuniae summis, quae Illustrati-  
tate Vestrae a nobis debentur. Quas nos libenter Illustratati Vestrae, ut par-  
est, persoluturi sumus. Sed cum id hoc tempore in tantis difficultatibus,  
quas sibi etiam nobiscum communes esse pro nostra necessitudine Illus-  
tritatē Vestram existimare non dubitamus, constituti atque magnis  
sumptibus, quibus non minores nunc quoque nobis faciendi sunt, exhausti,  
non facile praestare possumus, ut eas Illustratati Vestrae cum reliqua  
pecunia, quando a nobis praefectura Iurborgensis redimetur, numere-  
mus, ab Illustratati Vestra etiam atque etiam postulamus, ut eius pe-  
cuniae solutionem nos differre diutius patiatur. Nos vero omnem operam  
daturi sumus, ut eam post id tempus quam citissime exolvamus. Qua in  
re aequa promptum studium Illustratatis Vestrae ac in caeteris rebus nos  
reperturos esse confidimus. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus.  
Datum Grodnae, IIII die mensis Decembris, anno Domini MDLXVI.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit. b)

a)-b) manu propria.

Grodnae, 4.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de solutione pecuniae duci debitae usquae ad tempus Paschatis pro-  
roganda.  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Consobrini noster Charissime, salutem  
et multam prosperitatem.

Ex literis Illustritatis Vestrae, tum ex Generoso Christophoro Konarski, aulico nostro, cui cum Illustritate Vestra de redimendo Iurgemburgo agendi provintiam dederamus, intelleximus, quam Illustritas Vestra postulatis nostris promptam voluntatem suam obtulerit, quod ante tempus ea possessione recepta pecunia cedere velit. Idque pro festo Aepiphaniarum<sup>2)</sup> proximo abunde intelleximus Illustritatique Vestrae etiam hoc nomine habemus gratiam. Cum autem ea pecunia, quae Illustrati Vestrae tradi debuerat, propere in aliam Reipublicae necessitatem, quae praeteriri non poterat, conversa sit, ut aegre videatur pro tempore praestituto colligi ac reponi, in tantis praesertim rerum communium difficultatibus, posse, ab Illustritate Vestra postulamus, ut eum ipsum terminum cum suo toto iure ac robore ad festum proximum Paschae transferre ac prorogare velit.

Nos vero modis omnibus operam adhibebimus, ut non solum ad illud tempus, verum etiam antequam feriae Paschatos appicerint, eam pecuniae summam Illustrati Vestrae certo per eundem Konarski mittamus. Quod si, uti confidimus, Illustritas Vestra, uti cepit et hactenus semper fecit, postulatis nostris id concedet, rem nobis gratam et omnibus benevolentiae studiis reponendam faciet. Quam diu ac rectissime valere ex animo optamus. Datum Grodnae, IIII die mensis Decembris, anno Domini MDLXVI.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

Grodnae, 6.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de custodia seu camera vectigalibus exigendis in oppido Elk consti-  
tuenda.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.  
Retulerunt nobis Magnifici Ioannes Chodkowicius, Samogitiae Gene-

ralis Capitaneus, idemque Magni Ducatus nostri Lituaniae Marschalcus, et Eustachius Wolowicz, Ducatus eiusdem Vicecancellarius, qui curam contributionum publicarum et vectigalium nostrorum in hoc Ducatu a nobis commissam habent, eos mercatores et vectores, qui debitam contributionis eiusdem publicae et vectigalium nostrorum solutionem novis quibusdam ac minus usitatis diverticulis subterfugere consueverunt, ad oppidum Illustritatis Vestrae Elk nuncupatum potissimum deflectere atque illac ex Ducatu Lituaniae in Prussiam cum variis mercibus impune, non exiguo Reipublicae huius fiscique nostri detrimento, elabi.

Nos igitur artibus eiusmodi finem imponere volentes, dedimus negotium contributionis eiusdem et vectigalium nostrorum Praefectis, ut eam ob causam cameram seu custodiam in eodem oppido Illustritatis Vestrae constituerent atque in eos, qui fraudis eiusmodi depraehensi fuerint, neque quietationes exactorum nostrorum de suis mercibus commonstraverint, iure suo animadverterent. Postulamus itaque ab Illustritate Vestra, ut Illustritas Vestra non modo custodiam eiusmodi collari ibidem permittat, verum etiam eam (si quando usu venerit) in cohibendis eiusmodi conatibus a subditis suis adiuvari mandet. Quod Illustritatem Vestram non gravatim facturam esse existimamus, praesertim cum nos ea re nec Illustritatis Vestrae, nec subditorum illius rationibus quicquam derogari velimus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Grodnae, die VI mensis Decembris, anno Domini MDLXVI, Regni nostri XXXVII.

, Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae propria.

N. 1047.

Grodnae, 6.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
litterae credentiales identicae cum N. praecedenti, cum sola differentia:

N. 1046 Elk, hic: Unthersberg (recte Insterburg).

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

N. 1048.

Grodnae, 31.XII.1566.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de [Paulo] Wobesero capto et custodito; de sperata legatione ducis Pomeraniae; de coniuratione in Ducatu a commissariis regiis quidem dissipata, cuius tamen reliquiae adhuc supersunt.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.321.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Quod Illustritas Vestra a nobis postulat, ut Wobserum diligenter, ne elabi possit, custodiri mandemus atque etiam ne quid de illo decernamus, priusquam nostrum hac de re consilium cum Illustritate Vestra

communicaverimus, horum nos utrumque libenter facturi sumus. Et quoniam huc eum iam advehi ad nos iussimus, postquam is advehetur, re melius cognita et perspecta, quid nobis in mentem veniet, Illustritati Vestrae significabimus.

De legatione etiam Illustris Pomeraniae Duci,<sup>1)</sup> si quae venerit, consilio Illustritatis Vestrae acquiescemos, ut de ea Illustritatem Vestram, priusquam a nobis dimissa fuerit, certiores faciamus.

Quod vero ad Fasoldum attinet, libenter, quemadmodum ceteris in rebus, ita etiam in hac consilium nostrum ad id, quod Illustritatem Vestram cupere intelligimus, accommodaremus. Sed cum haec, quaecunque a nobis adhuc facta sunt in Prussia, non alia de caussa quam Illustritatis Vestrae filiique ipsius incolumitatis et utilitatis gratia facta sint, postulamus ab Illustritate Vestra, ut nos hac in re tranquillitatis Illustritatum Vestrarum, praesertim cum reliquiae dissipatae istius coniurationis adhuc superesse et inter se coniungi dicantur, rationem habere sinat. Tum etiam ne nos eo ducat, ut acta Commissariorum nostrorum nos aliqua ex parte rescindere oporteat. Quod cum dignitate nostra facere nullo modo possemus, et inde reliquorum quoque fortasse, quae ab illis constituta sunt, perturbationem consequi necesse est. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Grodnae, die ultima Decembribus, anno Domini MDLXVI, Regni nostri XXXVII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Barnim IX.*

N. 1049.

Grodnae, 8.I.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

iterum de pecunia Valentino Mikitnicki, notario advocatiali, furto ablata,  
quae post juris fugam cum reperta sit, rogat, ut legitimo domino  
restituatur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa,

H B A, B 1, K.322.

N. 1050.

Grodnae, 9.I.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de commissariis ab utraque parte ad definiendos limites inter bona con-  
troversa designandis.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.322.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrini noster Charissime.

Volentes pro officio nostro regio subditis nostris pacem et quietem

praestare, quae potissimum facile dissipatur, cum bona (quae lites et controversias generare solent inter homines) ita sint confusa, ut quod cuiusque sit, facile discerni non possit. Cui vitae incommodo cum obviam itum sit a maioribus nostris, viris prudentissimis, certis legibus de dividendis inter homines rebus constitutis, nos id amplexi hominibus nostris nobilibus, villae Szwięthe accolis, quibus de finibus praefatorum bonorum Szwięthe, ipsorum haereditariorum, cum bonis Gorin Illustritatis Vestrae, necnon bonis Timawa, Waldowko, Goczalkowo subditorum Illustritatis Vestrae, quibusunque ii nuncupentur nominibus, controversia intercessit, Commissarios nostros dedimus, qui fines inter praedicta bona regerent atque constituerent.

Sed quoniam ad perfectionem eius negotii desiderantur etiam ex praescripto legum et observata consuetudine Commissarii ab Illustritate Vestra deputandi, qui una cum nostris Commissariis limites et fines hosce regerent et constituerent, postulamus ab Illustritate Vestra, ut etiam ipsa, quam primum res tulerit, Commissariis ad eam rem cum plena facultate eas controversias legitime componendi assignet et deparet eaque in re quieti et commodo suorum bonorum, itidemque subditorum utrorumque consulat atque prospiciat. Rem officio suo dignam et nobis gratam factura. Quam bene valere cupimus. Datum Grodnae, IX die mensis Ianuarii, anno Domini DDLXVII, Regni nostri XXXVII.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

N. 1051.

Grodnae, 11.I.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Gottardo [Kettler] duci Curlandiae  
legatos ducis, Michaelem Bruno, cancellarium, et Henricum a Vitinghoff,  
capitanum Bausensem, se audivisse responsumque suum eis dedisse nuntiat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI maius.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1052.

Cnissini, 17.I.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Matthia Szymankowski, nobili subdito suo ex terra Podlachiensi,  
cuius debitor, nobilis Ioannes Sokołowski, famulus suus, ducis subditus,  
pecunia ipsi non reddit, in Prussiam fugam cepit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.322.*

Cnissini, 28.I.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*rothmagistrum Alexandrum a Cors in terras Prussiae se misisse nuntiat,  
ut ibi milites conduceret conscriberetque.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Misimus Generosum Alexandrum a Cors, Rothmagistrum nostrum, in terras Prussiae ad conducendos et consribendos sclopetarios. Quos is deinde in Livoniam iussu nostro ducturus est. Qua de re hoc tempore praesertim, quo prope merito omnia pro suspectis haberi debent, Illustratatem Vestram certiorem faciendam esse putavimus, ut Illustritas Vestra ab hoc Rothmagistro nostro non alio consilio, quam quod id illi commiserimus, milites hos colligi sciret atque Praefectis suis mandaret, ne quis Rothmagistrum hunc nostrum, quominus hos milites per ditiones quoque Illustratatis Vestrae conscribat et in Livoniam ducatur, moratur. Quod ut Illustritas Vestra faciat, ab ea etiam atque etiam postulamus. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Knissini, die XXVIII mensis Ianuarii, anno Domini MDLXVII, Regni vero nostri XXXVII.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

Cnissini, 31.I.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de negotio Pauli Wobeseri.*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: exemplar cautionis a Wobesero praestitae)*

*H B A, B 1, K.322.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Multitudine negotiorum gravissimorum et ipsa Illustratatis Vestrae Commissariorum absentia impediti, non videbamur negotio Pauli Vobeseri hoc tempore posse vacare. Iccirco causam hanc eius ad proximum diem festum Pentecostes, cautione atque fide ab eo accepta, reiecamus. Mittimus autem Illustratati Vestrae exemplum cautionis, quam nobis praestitit, ex quo cognoscet Illustratas Vestra, ad quod tempus Commissarios suos mittere debebit ad referendam et explicandam Vobeseri culpam. Interea vero ipsi Paulo Vobesero bona eius mobilia, quae istic Regiomonti intercepta ei sunt, reddere ei atque restituere iubebit, una cum regestris et codicillis ac scriba captivo, quibus ipse ad explicandas

coram nobis rationes suas indigere videtur. Copias autem et exempla regestrorum ac scripturarum omnium, quae ei Illustritas Vestra reddet, penes se relinquet. Cupimus Illustritatem Vestram bene foeliciterque valere. Datum Knissini, ultima die mensis Ianuarii, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

*Annexum:*

Universis et singulis praesentes literas meas visuris ego, Paulus Vobeser, sanus mente et corpore, sponte, libere per expressum fateor praesentibus literis, manu mea propria subscripsit et consueto sigillo meo munitis, me a Serenissimo Principe Domino Sigismundo Augusto, Dei gratia Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitia etc. Domino et Haerede, Domino meo clementissimo, sacramento militari, quo Regiae Maiestati eius obstrictus eram, et fide, quam Maiestati eius Regiae manu stipulata promiseram, liberatum, absolutum atque manumissum esse iis conditionibus, quae sequuntur:

Nimirum, quod ego, Paulus Vobeser, consentio atque obligo me, sub fide, verbo et honore boni, nobilis ac militaris viri, Sacrae eius Maiestati Regiae literas repressaliorum, mihi et militibus, qui sub meis signis militaturi erant, ab Illustri Principe Domino Alberto in Prussia Duce etc. traditas, dare, reddere atque restituere ante proximum diem festum Pentecostes anni modo currentis millesimi quingentesimi sexagesimi septimi. Quod nisi fecero, submitto me sponte ac libere praesenti hac inscriptione mea sub fide, verbo et honore boni, nobilis et militaris viri literas has repressaliorum debere esse ipso facto invalidas planeque nullius roboris.

Sacra autem Regia Maiestas, quemadmodum clementer promisit, dignabitur ius mihi dicere et iustitiam administrare de iniuriis atque damnis, quae mihi a quibuscumque personis illata esse cognoverit, de quibus tam mihi quam adversae meae parti iure coram Regia eius Maiestate agendum erit.

Tenebor autem etiam insuper ac praesentibus me obligo ipse rationem coram Regia eius Maiestate vel Commissariis Maiestatis eius, iudicibus non suspectis, coram facere de omnibus pecuniis, quas nomine Illustrissimi Prussiae Ducis ad exolvenda militum stipendia percepit, nimirum si rationes accepti et expensi coram Commissariis et Magistris delectus Illustris Prussiae Ducis factae de iure non subsistent, idque ipsum debebo teneborque facere ad idem proximum festum Pentecostes anni modo currentis millesimi quingentesimi sexagesimi septimi. Regia vero Maiestas, quemadmodum promisit, mandare dignabitur, ut codicilli et regestra, atque alia omnia bona mea mobilia, quae cum scriba meo Regiomonti sunt intercepta, mihi reddantur ac scriba ipse mihi restituatur. Ego vero, prae nominatus Paulus Vobeser, omnibus et singulis suprascriptis sub fide, verbo et honore boni, nobilis et militaris viri satisfacturum me esse promitto praesentibus literis meis, quas manu mea propria subscripsi et consueto sigillo meo signavi. Datum et actum Knissini, ultima die mensis Ianuarii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo.<sup>a)</sup>

a) in ms. millesimi quingentesimi sexagesimi septimi.

Grodnae, s.d. I.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

de novis custodiis telonei in certis Prussiae oppidis instituendis, ne  
fraudulenti mercatores solutionem telonei a mercibus suis clam evi-  
tare queant.

Sigill. VI.

H B A, B 1, K.322.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine et Consobrine noster Charissime, salutem  
ac faustissimos quosque fortunae eventus.

Intelleximus ex relatione subditorum nostrorum, exactorum ac the-  
loneatorum huius Magni Ducatus nostri Lituaniae, esse quosdam ex mer-  
catoribus ac negociatoribus, qui clam, non manifestando sese in locis  
theloneorum ex antiquo designatis ac constitutis, soleant sine quavis so-  
lutione theloneorum fines huius Magni Ducatus nostri Lituaniae ad ter-  
ram Illustritatis Vestrae pertransire, quo et damnum non modicum no-  
bis et Reipublicae huius Magni Ducatus per transeuntes inferatur et  
caeteri quoque exemplo talium, qui impune id faciunt, eadem facere  
audeant.

Illustritatem Vestram hortamur ac cupimus, ut liceat theloneatoribus  
seu exactoribus praefatus<sup>2)</sup> huius Magni Ducatus nostri Lituaniae certis  
in locis, nempe Thilzae, Ragnetae et Cleipodiae, dicionis ac tenutae Illus-  
tritatis Vestrae, eorum impensis habere et favere qui super talibus  
caveant ac custodiant, ne eiusmodi mercatores in fraudem et collusionem  
proventuum nostrorum huius Magni Ducatus nostri Lituaniae ea facere  
audeant, et si aliqui tales in posterum fuerint comperti, ut Illustritas  
Vestra illius custodibus subsidium seu coadiutores dari mandet, ut tales  
eorum merces, a quibus theloneum dare neglexerunt, easdemque clan-  
destine sine solutione thelonei abduxerunt, pro more et consuetudine  
antiquitus servari solito ipso facto pro nobis amittant et perdant. Caete-  
rum Illustratatem Vestram optime valere cupimus. Datum Grodnae, die <sup>a)</sup>  
Ianuarii, anno Domini MDLXVII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>c)</sup>

a) sequitur spatium album.

b)-c) manu propria.

z) sic in ms.

Cinissini, 3.II.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro Rudigero (Rodinger) Massau, Iacobi et Pauli Wobeser nepote, ut ex  
servitiis filii ducis liberatus in familiam reverti possit.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.322.

N. 1057.

Cnissini, 3.II.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*querelae contra administratores ducis in bonis regiis Iurborgensibus,  
olim oppignoratis.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1058.

Cnissini, 4.II.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Paulo Wernicke, secretario Gedanensi, a duce in servitium adoptato,  
cui tamen nunc pensionem revocavit.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1059.

Cnissini, 6.II.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Ioanne Secluciano, ministro verbi ac servitore ducis, intercedit, qui  
aetate iam proiectior rebus ad vitam necessariis destitutus est.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps et Domine, Consobrine noster Observandissime,  
salutem omnisque foelicitatis incrementum continuum Illustritati Vestrae ex animo optamus atque cupimus, tanquam consobrino nostro  
charissimo.*

*Minister verbi ac servitor Illustritatis Vestrae, Ioannes Seclucianus,  
etsi satis semper depraedicet solitam beneficentiam liberalitatemque Illustritatis Vestrae erga se, tamen homo proiectioris aetatis iamque prope  
destitutus viribus suis, cum ipse sibi commode prospicere nequeat, atque  
proinde certiore aliqua sustentatione ac adminiculo vitae sua indigere  
videatur, supplicavit nobis, ut pro illo hac in re apud Illustritatem Vestram petitis nostris intercederemus.*

*Nos, etsi nihil dubii habeamus Illustritatem Vestram ipsam sua  
sponte ac ultiro, nullis etiam intercedentibus petitis nostris, facturam  
esse, quod liberalitatem atque clementiam eius erga hominem honestum  
ac egenum declarandam deceat, tamen supplicationi eiusdem, uti iustae  
ac dignae, benigne annuentes Illustritatem Vestram amanter postulamus  
ac petimus, ut eius ministri verbi ac servitoris sui ea in re ita benignam  
atque clementem rationem habere velit ac dignetur, ut intercessionem*

hanc nostram pro se sibi non parvo adiumento fuisse agnoscat. Factura Illustritas Vestra rem uti piam atque christiani Principis benignitate dignam, ita nobis etiam gratam acceptamque. Atque cum his eandem Illustritatem Vestram Deo Optimo ac Maximo commendantes salvam ac incolumem et in omnibus semper foelicem esse optamus atque cumpius. Datum ex Knyszyn, VI Februarii, anno MDLXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*N. 1060.*

*Cnissini, 17.II.1567.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
querelae propter molimina commissariorum ducis in redemptione bonorum regis oppignoratorum.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.322.*

*N. 1061.*

*Cnissini, 18.II.1567.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de controversia occasione lignorum et cineris inter Leonardum Wilde,  
civem Gedanensem, et Ursulam, quondam Caspari Lubner viduam relictam, nunc autem Ioannis Spill, civis Caunensis, coniuge exorta.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.322.*

*N. 1062.*

*Cnissini, 20.II.1567.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de legatione Ioannis Demetrii Solikowski; de cogitato uxoris ducis itinere in Germaniam; de negotio Pauli Wobeseri etc.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1063.

Cnissini, 26.II.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de bonis Iurborgensibus et de negotio redemptionis eorundem.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1064.

Varsaviae, 8.III.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de militibus Gedani conscribendis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Ex literis Illustritatis Vestrae intelleximus colligi milites Gedani a Centurione quodam Ioanne Pane et Tilsam ad delectum istic habendum ablegari, nescire autem Illustritatem Vestram, an voluntate nostra id fiat. Caelare itaque Illustritatem Vestram non possumus nos Magnifico Ioanni Kothkiewicz, Samogitiae Capitaneo, facultatem ducendi in Livonię militis dedisse, verum de iustificatione Tilsae indicenda nihil prorsus cognitum habere, neque sane id nunc etiam nos cupere, cum si miles is noster esset, non deessent oportuna alia loca ad habendum eum delectum.

Iccirco cum in ea re adversus voluntatem nostram committatur, existimare non possumus milites hos nobis conscribi, ac propterea Illustritas Vestra operam dabit, ut eos transitu undique per ditionem suam prohibeat. Nos vero ad Gedanensem quoque Senatum literas damus, ut cognoscant, quis is sit, qui istic milites hos conscribit, ac provideant, ne quid in eo delinquatur. Cupimus autem Illustritatem Vestram bene valere. Datum Warschaviae, die VIII mensis Martii, anno Domini MDLXVII, Regni vero nostri XXXVIII.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptis.*<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

N. 1065.

Varsaviae, 10.III.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de divisione bonorum fratrum Narzymski, Thomae pincernae Plocensis, et Nicolai castellani Siepricensis, quae bona in Ducatu Prussiae sita sunt.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1066.

Petricoviae, 25.III.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de redemptione districtus Iurborgensis oppignorati.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.322.

N. 1067.

Petricoviae, 10.IV.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
iterum de negotio redemptionis bonorum Iurborgensium oppignoratorum.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.322.

N. 1068.

Petricoviae, 12.IV.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Ioannem Demetrium Solikowski mittit, a duce postulans, ut commissarii  
ei oratores regii, nunc Comitiis Generalibus Regni occupati, in Co-  
mitiis Regionianis adhuc paululum expectentur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.

N. 1069.

Petricoviae, 18.IV.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
fratres Christophorum et Petrum Grajewski commendat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Annexa: epistola regis ad Ioannem a Kreitzen, ducis Alberti cancel-  
larium pro eisdem Grajewski; Sigill. VIIa. supplicatio ipsorum  
Grajewski ad regem).  
H B A, B 1, K.322.

N. 1070.

Petricoviae, 22.IV.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*litterae credentiales pro commissariis ad ducem missis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Mittimus ad Illustritatem Vestram in nostris et Reipublicae nostrae negotiis Magnificum Ioannem de Sluzewo, Palatinum Brestensem et Coninensem ac Medirecensem Capitanum, atque Generosos Ioannem Kristoporski, Castellanum Velunensem, et Ioannem Costca, Castellanum Gedanensem ac Pucensem Dershoviensemque Capitanum, et terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium, Oratores, Legatos et Commissarios nostros cum eadem potestate, quae antea quoque ad Illustritatem Vestram proficiscentibus ipsis data fuit. Ab Illustritate Vestra petimus, ut eos benigne excipiat quaeque ex ipsis intellexerit, ad ea studium quoque et voluntatem suam adiungat. Omnia enim ex optimo nostro et veteri erga Illustritatem Vestram animo profecta pertinebunt ad salutem et tranquillitatem terrarum illarum, quibus scimus benevolentiam et officium Illustritatis Vestrae nunquam defuisse. Bene valeat Illustritas Vesta. Datum Petricoviae, die XXII mensis Aprilis, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVIII.

a) *Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.* b)

a)-b) *manu propria.*

N. 1071.

Petricoviae, 26.IV.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*Sigismundum Pankrowicz, stipatorem suum, commendat.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa et vest. sigilli VIII. (sic).*

*(Annexum: inclusa supplicatio eiusdem Pankrowicz, deest)*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1072.

Petricoviae, 12.V.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de sale regio a praefectis ducis, cum per ditiones suas transvehebatur,  
illegitime arrestato.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

*Queruntur nobis Magni Ducatus Lituaniae theloniorum nostrorum*

exactores, quod cum ex Prussia servitores illorum, nostrorum theloniorum custodes, sal in Magnum Ducatum per Illustritatis Vestrae ditiones devehenter, illud a quibusdam Illustritatis Vestrae bonorum Praefectis inhibitum esse illudque detineri hucusque, dum idem Illustritatis Vestrae curatores illud in exolutione debiti per quandam ab illis, quandam profugum servitorem, contracti stimulant converti tradique. Est autem pactis inter Illustritatis Vestrae diciones et Magnum Ducatum Lituaniae nostrum diligenter cautum, ne propter vicinam coniunctionem sancte observandam repressaliis vel violentia utriusque, et Magni Ducatus et illius dicionis homines, inter se seviant, sed pro legum consuetudine et humanitatis officiis in foro cuiusque competenti iure et iusticia de quibusvis iniuriis civilibus experiantur.

Proinde postulamus Illustritatem Vestram, quae semper institutum consuetudinum et legum fuit custos acuratissima, pro tempore ne quid praedictis quoque theloniariis nostris contingat insoliti ab Illustritatis Vestrae subditis vel iudiciorum illic Praefectis, faciat diligenter provideri mandarique serio, ut et sal eiusmodi interdictis vel arestis eliberrant, et pacifice, quo institutum est, deferri conducique permittant, nec per alios, quorum interest, ob devehendum progressum paecludant. Si quid a subditis nostris habeant iniuriae, illos in foro competenti imitant ac pro iurium praescripto iustitiae administrationem petant. Quae quidem ut administretur cuique, et ipsae leges adiungit iudiciorum Praefectos et autoritas nostra. Non dubitamus Illustritatem Vestram facturam esse. Quam cupimus bene et foeliciter valere. Datae Pietricoviae, die XII Maii, anno Domini MDLXVII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1073.

Petricoviae, 20.V.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro sororibus Elisabetha Brudzewska et Ursula de Sieprc, ut eis bona hereditaria restituantur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.322.

N. 1074.

Petricoviae, 20.V.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto in Prussia duci

pro nobili Iacobo Wessel, ut ei pars media villa uxoris suae hereditariae restituatur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.322.

N. 1075.

Petricoviae, 27.V.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de sale arrestato.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1076.

Petricoviae, 29.V.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
noticias certas expetit de rumoribus, ad naves Suedicas iuxta litora  
Prussiae navigantes pertinentibus.*

*Sigill. VI.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Consobrine noster Charissime.*

Refertur nobis naves ad duodecim Regis Sueciae<sup>1)</sup> per mare iuxta  
littus, ubi Memel arx Illustritatis Vestrae sita, traducentes frequenter  
hisce diebus conspici. Quod cum nobis ab Illustritate Vestra nec scrip-  
tum nec nunciatum sit hactenus, existimavimus incertum esse rumorem.  
Proinde non solum perquirendum diligentissime, ita ne res se habeat,  
quemadmodum circumfertur, sed etiam cavendum interea, ne superato  
mari in illas partes hostis irruat depopulatum. Faciat itaque Illustritas  
Vestra investigari, sint-ne Suedicae naves (si forte aliquae clanculum  
illud mare navigant), ac et sedulo percontari, quid moliantur quoque  
traicere instituerint, nobisque de negocio perscribat quam primum. Cu-  
pimus hisce Illustritatem Vestram bene valere. Datae Pietricoviae, die  
XXIX Mai,<sup>2)</sup> anno Domini MDLXVII.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.* <sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

<sup>1)</sup> *Ericus XIV.*

<sup>2)</sup> *sic in ms.*

N. 1077.

Petricoviae, 4.VI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Venceslao Posadowski, archiducis Austriae succamerario, cuius sup-  
plicationem ratione certarum iniuriarum duci mittit.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

(*Annexum: supplicatio eiusdem Posadowski ad regem, germ. scripta*)  
*H B A, B 1, K.322.*

N. 1078.

Petricoviae, 5.VI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Wolffango a Kreitzen, litem ratione bonorum a nobilibus Fasolt  
emperorum cum Petro Caesare habente, ut ei citius iustitia admini-  
stretur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1079.

Petricoviae, 15.VI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
internuntiis ducis oretenus se respondisse significat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1080.

Petricoviae, 16.VI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
Wolffangum a Kreitzen (in ms. Wolff Kreutz), consiliarium ducis et ca-  
pitaneum Ostrudensem (Osterrodensem), litteras credentiales sibi  
exhibuisse et omnia a duce sibi commissa oretenus retulisse nuntiat.  
(Germ., m.p. regis subscriptum)  
Sigill. IX.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1081.

Cnissini, 4.VII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Prussiae  
de causa nobilium Wietwiński (Wieczwiński) tredecim annos protracta;  
de iure appellationis.  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Magnifici ac Generosi, sincere et Fideles nobis dilecti.  
Expositum est nobis gravi in querela per certos tam Regni, quam*

Magni Ducatus Lituaniae Consiliarios nostros, nomine nobilium Wieczwinskich, subditorum nostrorum, quod causa ipsorum, quae eisdem cum Nobili Schworcz Nikel Ślawski, nuncupato Witmansdorff, occasione bonorum Witramowo et Schalki, in districtu Hogensteinensi sitorum, ab annis tredecem plus minusve intercessit, non cum mediocri dispendio ipsorum Wieczfinskich<sup>2)</sup> in longum trahitur, ita ut iusticiam suam de illo assequi minime possent. Qua in re etiamsi literae nostrae promotoriae aliquoties ad Illustrem Dominum Ducem Prussiae, consobrinum nostrum charissimum, intercesserant, tamen iis nihil profecisse in causa sua asserunt. Anno enim elapso cum unus ex fratribus praefatis acta seu processum causae ab iudicio Hogensteinensi ad tribunal Principis, uti ad superiorem iudicem, per modum appellationis illi concessae attulerat, ibi per Synceritatem et Fidelitatem Vestras rationes sunt inventae et allegatae, ex quibus illis hanc causam iudicare minime liceret.

Hisce vero Comitiis modernis Regiomontanis alter ex fratribus praefatis ab eodem iudicio Hogensteinensi, ita ut visum est Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris, acta afferens postulavit ab eisdem, etiam intercedentibus ad ea promotionibus Commissariorum nostrorum, tunc temporis illic existentium, ut illis iusticia debita in praemissis ministretur, inanem tamen petitionem suam senserunt. Supplicarunt itaque nobis diligenter, velimus hac in parte et iterum autoritatem nostram regiam interponere ipsisque mandare, prout et hortamur et mandamus, ut, se-motis quibusvis dilationibus, praefatis conquerentibus Wieczfinskim occasione praemissorum ius competens dicant iusticiamque debitam accelerem iuxta iuris communis formam ministrent, ita ut non necesse habeant dicti subditi nostri hac de re nos amplius interpellare. Parti tamen decreto Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum se gravatam sentient ad nos et tribunal nostrum regale, tanquam foedi Dominum et superiorem iudicem, appellatione salva permanente. Facturae pro officii sui debito et gratia nostra. Datum Knissini, IIII die mensis Iulii, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

<sup>2)</sup> sic in ms.

N. 1082.

Cnissini, 8.VII.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de iure hereditario Valentini Benczk.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIII.

H B A, B 1, K.322.

Cnissini, 11.VII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de negotio baronum a Dohna; de Wobesero.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Quod attinet ad Generosos Barones a Dona, quorum causam nobis Illustritas Vestra commendat, libenter id facturi sumus, cum nobis quid iuris in praefecturam Novi Molendini habeant liquebit, ut id illis adiudicemus. Qua de re hoc quidem tempore absente Magnifico Samogitiae Capitaneo,<sup>1)</sup> nostrorum et Magni Ducatus Lituaniae negotiorum causa, a nobis cognosci non potuit. Sed cum Capitaneus iste noster ad nos Grodnam venturus sit, brevi de ea a nobis eo loci cognosci poterit. Quo etiam Barones a Don procuratorem suum mittent.

De Wobsero quemadmodum Legatis Illustritatis Vestrae ante quoque respondimus, dolemus sane vehementer, neque Illustritati Vestrae neque nobis ab eo contra fidem datam satisfactum esse. Atque etiam his contumeliis, de quibus ad me Illustritas Vestra hoc tempore scripsit, non solum Illustritatem Vestram aut ipsius Consiliarios, sed nos ipsos una cum illis affici existimamus. Sed cum pro eo nobis Illustres Pomeraniae Duce<sup>2)</sup> per Internuntium suum spoponderint, ad eosque iam istius rei causa Internuntium nostrum miserimus, hoc responsi, quod nobis ab illorum Illustritatibus adferretur, expectare necesse habemus. Neque dubitare Illustritas Vestra debet, si nobis hac ratione ab eo satisfactum non fuerit, alias nos rationes, quibus et Illustritati Vestrae et nobis de eo satisfiat, esse quaesituros atque operam daturos, ut eum stultae huius petulantiae et sacramenti militaris violati poeniteat. Bene diuque valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Knissini, die XI Iulii, anno Domini MDLXVII, Regni vero nostri XXXVIII.

\* *Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>*

a)-b) *manu propria.*

1) *Ioannes Chodkiewicz.*

2) *Barnim IX, Ioan. Fridericus et fratres eius.*

Grodnae, 19.VII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Iudeis Lithuaniae intercedit.*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: supplicatio Iudeorum germanice scripta)  
H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Supplicatum est nobis humiliter nomine Abrahami Moszewicz Msczi-*

boviensis, itemque Aaronis Kuszkowicz Caunensis et Israelis Iosephowicz Cobrinensis Iudeorum, subditorum nostrorum, et aliorum Iudeorum, huius nostri Lituaniae Ducatus incolarum, ut pro illis partes nostras ad Illustritatem Vestram interponere dignaremur iis quidem in rebus, quas ex hoc supplici libello praesentibus inclusa Illustritas Vestra facilius cognoscet. Quae nos quidem omnia, cum et ad pactorum communium et ad mutuae nostrae benevolentiae conservationem pertinere intelligamus, hoc facilius adducimur, ut ea Illustritati Vestrae commendare non dubitemus.

Itaque ab Illustritate Vestra postulamus, ut primum quidem pecuniam eorum, quae arrestata est a Magistratu Regiomontano, dimitti ipsis liberam mandet, ipsos autem quoque solvat obligatione eius fideiussionis, quam de sistendis istic se ipsis ad ferias Divi Michaelis dare sunt coacti. Quod si quis adversus eos habere se iuris aliquid existimat, is, si eos in iudicio nostro convererit, non gravate ius de ipsis dicturi sumus. Erit id nobis ab Illustritate Vestra gratum eique similibus officiis reppendum. Quam bene valere cupimus. Datum Grodnae, die XIX mensis Iulii, anno Domini MDLXVII, Regni vero nostri anno XXXVIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

#### *Annerum:*

Durchleuchtigster und unser genedigster herr und koenig. Wir armen Juden, underthaner Eur Koeniglichen Majestet auss dem groshen litauischen fursthenthun, herschaft Eur Koeniglichen Majestet, wir klagen und legen fur Eur Koenigliche Majestet unsere ungerechticeut und schaden, welche dieser zeut uns und unsere geshelen antrefen, won den rottherren der stadt Kinsperck. Wir halten das onhe gebott des hertzogs, seiner genoden ihn Preushen, das sie uns um unsere geshelen aufhalten, den handel und kauf und ander ding worbitten und ihn die forbitung legen. Sie lassen uns nicht zu handeln auss Kinsperck und desgleuchnen auss andern stethen, uns und unsere geshelen aussjagen mit macht einhemmen und ihn ein festhe gefencknis einsetzen und wil andere ungerechticeut und schaden sie uns thun. Also das dieser zeut dreu Juden, unsere geschelen Abraham Moschevitz auss dem Msczibow, Aarona Kuskowitz auss Krawen und den Israel Josephowitz auss Kobrin, diener des meintners Eur Koeniglichen Majestet, hatten sie ohne recht eingenommen und ihn ein feste gefencknis eingesetzt. Do sie dise lang genung inhe haben gehalten, noch wolden sie nicht ausslon, bis sie ein burge hetten, den Gotert Hetz, welcher burger und kaufmhan ist in der stadt Kinsperck. Darzu haben sie arrestiret 1200 stuke und ein stuke wachs ihn die weuse, so sie nicht wurden stehem fur den rottherren auf sanct Michaelis, so hetten sie die summe gar werloren. Wir aber bitten Eur Koenigliche Majestet und entlaufen zum schutz Eur Koeniglichen Majestet, unserm genedigsthen herren, das Eur Koenigliche Majestet uns welde vure arme underthane fur der ungerechticeut und beschwerung freu machen, die hecher genhenet ist, und welde Eur Koenigliche Majestet den hertzog, seine genode, manhen durch Eueren kiniglichen bruef, das ehr die summe musse ausgeben, welche arrestiret ist, und das der burge freu wher. So aber imandz auss uns irgent nem auss den underthanen des hertzogs, seiner genoden, etwas schuldig wirdt, dem wirdt die ge rechticeut werden alhie in dem lande fur Eur Koenigliche Majestet,

wo die Juden ihr gutt haben. Sie sindt allezeit fertig, sich gerechtig machen auf gebott Eur Koeniglichen Majestet, nhor das uns freu zu handlen, wer allen den, als zuvor gewest ist, dieweil das die gemeine pacta, herschaft Eur Koeniglichen Majestet mit dem preuschischen furstenthun, also underthanen Eur Koeniglichen Majestet mit dem Preuschischen furstenthun, welches erkenet die eberheut Eur Koeniglichen Majestet als des hertzogs, seiner genoden, underthanen, freu zu lassen. Wiewol nicht allein in dem Preuschischen furstenthun, welches erkennet die eberheut Eur Koeniglichen Majestet, sondern auch ihn andern stethen nimandz uns ihn unserm handel stiret, sondern sie derleben uns ein freu ernerung. Wir armen Juden, underthaner Eur Koeniglichen Majestet, unsern genedigsthen herren, bitten, das Eur Koenigliche Majestet welde uns armen underthanen ihn dem die genode beweusen.

Abraham auss Tikoczin  
Jacob auss Brzesk  
Novach auss Groden.

N. 1085.

Grodnae, 6.VIII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*  
*Alberto in Prussia duci*  
*pro Henrico Gersdorff (in ms. Gersdoff), rothmagistro suo, causam co-*  
*ram iudicio ducis habente, ut ei iustitia administretur.*  
*(m.p. regis subscriptum)*  
*Sigill. VIIa.*  
*H B A, B 1, K.322.*

N. 1086.

Grodnae, 19.VIII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*  
*Alberto in Prussia duci*  
*pro Iudeis, subditis suis, intercedit, ne innocentes pro nocentibus te-*  
*mere puniantur, atque de libertate commerciorum etiam Iudeis*  
*concedenda, communibus pactis ita postulantibus.*  
*Sigill. VIIa.*  
*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Intelleximus ex iis literis, quibus ad priores nostras Illustratas Vesta respondet, Balthasarem Schleff, subditum Illustratis Vestrae, nulla legitima causa adductum ad pignerationem istic Iudeorum, subditorum nostrorum, descendisse. Cum enim illi negocium cum aliis Iudeis intercederet, aequum non erat hos Iudeos, qui extra omnem culpam essent, pro illis detineri, qui illum damno affecissent. Itaque miramur

plane cuiusquam hominis auctoritatem tanti Illustritati Vestrae fuisse, ut non dubitaverit homines innocentes pro nocentibus in custodiam rapi bonaque eorum pignerari permittere, praesertim subditorum nostrorum, de quibus a Magistratu ditionum nostrarum ius alioqui dici poterat. Nobis autem praeterea actis nostris Grodnensibus fides est facta etiam ab illo ipso Iudeo, cui<sup>a)</sup> cum proprie Schleffio negocium intercedebat, Schleffio ipsi satisfactum esse tum summa certa pecuniae numerata, tum etiam domino in reliquo consignata.

Quod cum ita sit, iterum atque iterum ab Illustritate Vestra postulamus, ut cum iniquum sit quenquam alienorum delictorum poenas luere, Iudeos istos, qui Schleffio instigante detenti istic erant, quorumque hactenus et nomina cautione fideiussoria et bona pigneratione sunt obligata, ipsos et fideiussores eorum liberos in universum bonaque eorum pigneratione et arresto soluta pronunciet proniciarive iubeat. Schleffium autem iniurias suas non temere adversus quemlibet, sed duntaxat adversus eos persequi cogat, qui illi sunt aliquo nomine obligati, neque id pignerationibus aut aliis minus legitimis rationibus, quae pactis communibus aperte adversantur, sed iudicio et disceptatione. Intelligit enim Illustritas Vestra, si semel haec via pignerationum patefacta per Illustratatem Vestram fuerit, a nobis quoque subditorum nostrorum parem vicissim rationem haberi oportere. Quod quidem non solum pactis communibus contrarium, sed etiam mutua nostra coniunctione indignum esset.

Quod attinet libertatem ipsam commerciorum, qua Illustritas Vestra Iudeos antiquitus exclusos istic fuisse scribit, nos quidem quoniam non videmus, quemadmodum consuetudo etiam vetustissima, in illis terris observata, pactis communibus derogare possit, quibus quidem pactis expresse cautum est subditis nostris communibus communia et libera commercia esse debere, hortamur Illustratatem Vestram, ut hanc libertatem commerciorum velit in omnibus sartam et tectam conservare eamque Iudeis etiam ipsis, subditis nostris, non negare. Quod ita esse facturam Illustratatem Vestram nobis persuademus. Quam bene valere cupimus. Datum Grodnae, die XIX mensis Augusti, anno Domini MDLXVII; Regni nostri XXXVIII.

<sup>b)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) in ms. qui.

b)-c) manu propria.

N. 1087.

Grodnae, 19.VIII.1567.

Sigismundus Augustus rex Polontae

Alberio in Prussia duci

pro Iudeis Trocensis, a praefecto ducis Ragnensi una cum mercibus illegitime detentis, ut liberi cum rebus suis dimittantur.

Sigill. VIIa.

(Annexum: elenchus rerum Iudeis ablatarum polonice scriptum)

H B A, B 1, K.322.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Dum nos de Iudeorum, subditorum nostrorum, iniuriis quibusdam cum Illustritate Vestra agimus, factum est ut alii Iudei, subditi itidem

nostri, qui ex Troki per Ragnetam iter faciebant, a Praefecto Illustritatis Vestrae Ragnetensi detenti sint cum bonis et mercibus suis. Inter quos sunt etiam quidam christiani. Quod cum Illustritas Vestra intelligat ad violationem pactorum communium et ad nostrae quoque dignitatis imminutionem pertinere, facile potest conjecturam capere, quo animo id a nobis suscipi oporteat. Etsi enim in levibus personis ea admissa sint, tamen violatio ipsa pactorum communium et indignitas ipsa nostra, quae in eandem causam incurrit, non potest nobis non esse acerbissima.

Itaque hortamur Illustritatem Vestram, ut sine mora Iudeos istos libere dimittи faciat et agere res suas permittat, Praefectoque huic Ragnetensi denunciet hoc ipsius factum temerarium magnopere sibi disciplere. Deinceps autem ne prohibeat transitum Iudeis ipsis per ditiones suas. Factura Illustritas Vestra pro officio suo et mutua benevolentia nostra. Datum Grodnae die XIX mensis Augusti, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

#### *Annexum:*

Rzeczy pobrane Zidom Troczkiem w zahamowaniu od Starosthi Ragnaczkiego.

- Item szam wzial zlotich polskich dwiesczie.
- Item pierscienie dwa s kamienmi, ktore stali zlotich polskich 40.
- Item kozuch bielinni chrzeptovi, ktori stal zlotich polskich 12.
- Item Pissarz Ragneczki skrzinką wzial maku, stalo zlotich polskich 1.
- Item tenze pissarz wzial od Zidow talarow 25.
- Item Pissarz wzial bobra, ktori stal talarow 6.
- Item szurzin pissarzow wzial vidra, ktorra stala zloti 1.
- Item sludzi Starosthi tegoz wziali od Zidow talarow 11.
- Item Pleban wzial talarow 4.
- Item gospodarz wzial talarow 2.
- Item drugi raz gospodarz wzial s nich niewinnie talarow 2.
- Item natenze czasz zginalo Jabramowi Zidowi, kiedi go targali przed zamkiem drabi, zlotich polskich 25.
- Item na temze targaniu zginalo Joskowi Niestanoviczu zlotich polskich liczbi 42; item lit[ewskich] potroinich gi poczwornich.
- Item przi temze targaniu w zamku Jabramowi Zidowi pierscieni zloti zginal s palcza, 6 czerwonich zlotich wazil.
- Item Simonowi Zidu przi temze targaniu pierscionek zginal, dwa czerwonich zlotich wazil.
- Czimczow skopovich 10.
- Omiaskania w handliach towarow sffich, ktore poslali<sup>1)</sup> do Gniezna, przeiazdi nakladni szaczuia na thissioncz zlotich polskich, ktore maia w tem hamowaniu od Starosti Ragnaczkiego.

1) *correctum ex: poslalismi*

N. 1088.

Grodnae, 20.VIII.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci

per Venceslaum Schak (in ms. Szak) ad ducem redeuntem ipsum salutat  
eidemque legato oretenus se ad ipsius legationem respondisse nuntiat.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.322.

N. 1089.

Grodnae, 23.VIII.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci

pro notitiis ad machinationes Germanicas pertinentibus (die deutzen  
practiken) gratias agit; de duobus doctoribus Saxonicas Regiomonti  
degentibus certior fieri cupit; duci Pomeraniae se mandavisse nun-  
tiat, ut se de Wobesero certiore redderet; de negotio Ernesti Weier.

Sigill. IX.

H B A, B 1, K.322.

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber herr öhem und schwoger,  
unsere freundschaft und was wir sonst mehr liebs und guets vermögen  
bevor.

Uns ist Euer Liebe schreiben an uns durch iren jungen gesandt  
überantwortet worden; doraus haben wir allen inhaldt noch nottorft  
und zu genuegen vernohmmen. Erkhennen erstlich Eur Liebden freund-  
lichs gegen uns und unseren landen gethanes erbieten in sonderem freund-  
lichem gefallen und, wie wir nie an derselben geneigten wollmeynenden  
gemuet gegen uns gezweifelt, also empfinden wir auch vor diissmol in  
der tadt Eur Liebden treuhertzige liebe und freuntschaft, die wir hinwie-  
derumb gegen derselben perschon, iren lieben son und landen in aller  
willferigkeit und genaden laut Eur Liebden an uns gethanen schreibens  
zu erkennen und zu vergleichen iederzeit freundlich und genedig ge-  
neigt sein wollen. Und gereicht uns zu sonderem wollgefalen, das Eur  
Liebden dermassen, wie wir aus derselben schreiben vermerkhen, auf  
die deutzen practiken gute acht geben und uns dasselbe, was ir bitzher  
vorkommen, zu wissen gethan. Seindt der gewissen zuversicht, do Eur  
Liebden ferner was zukhombt, Eur Liebden werde es uns nicht verhalten,  
sonder mit dem ersten zuvoraus, do etwas daran gelegen, an uns ge-  
langen lassen. Desgleichen wollen wir auch Eur Liebden von allem ver-  
stendigen, alsbaldt uns etwas vorkommen wirt, welchs das bitz daher  
nach nicht von uns geschehen. Ist khein andere ursach, allein das uns  
dermassen nichts zu öhren khommen, doran Eur Liebden und diesen  
landen gelegen were gewesen. Do sich aber was sollichs zutreffen würde,  
soll Eur Liebden von uns mit dem ersten zugeschrieben werden.

Was die zwene sechsischen doctores, die Eur Liebden in iren schreiben melden, ferner nach Königsperg gebracht und an Eur Liebden gelangen haben lassen, seindt wir von Eur Liebden zu wissen gewertig.

Belangendt den Wobser, mögen wir Eur Liebden nicht verhalten, das wir schon zuvor an die hertzogen auss Pommern abgefertiget und ire liebden in freundtschaft ermanet, wie wöllen sich laut der pacta in aller gebuer gegen uns und unsern landen verhalten und mehr auf ire pflichte, damit sie uns verbunden, dann filleicht auf den Wobser acht haben und denselben, dor er in iren landen verhanden, darzu halten, das er seiner zusag und verbundtnuss einen genuegen thue und sich, da er verpflicht gestelle etc. Haben noch bitz daher von iren lieben khein antwort behommen, seindt aber derselben teglich durch unsern gesanten gewertig, welche, alsbaldt sie uns zukhombt, wöllen wir Eur Liebden von allem clerlich und noch nottorft verstdigen und dieselbe antwort mit dem ersten laut, wes begerens, mitteylen lassen.

Das aber Ernst Weyer krie[g]sfolkh in bestallung annimbt, ist uns zuvor woll bewust. Dieweil aber solchs nicht wider uns noch unsere lande und denselben verwante, auch unsere confederaten geschicht, haben wir ime dasselbe (als unserem bestalten diener) in genaden vergont und geschicht solchs mit unseren willen. Nichts desto weniger aber wöllen wir inen durch unser schreiben erinnern und fleissig ermanen, das er auf alle sachen gute acht gebe und sich als unser verpflichte[r] diener in allem woll vorsehe.

Was wir hinferner in diesen und sonst in allen anderen sachen, doran Eur Liebden gelegen, weiter erfahren, soll Eur Liebden durch uns mit dem ersten zugeschrieben werden. Desgleichen seindt wir auch von Eur Liebden gewertig und wöllen also vor diss mol Eur Liebden sambt irem geliebten sohn und allen den iren in den gnadenreichen schutz des allmechtigen Gottes entwort haben; derselbe wölle Eur Liebden in langwiriger gesondtheit erhalten. Geben zu Grodno, den 23<sup>ten</sup> tag Augusti nach Christi geburdt im 1567<sup>ten</sup> jahr, unseres königreichs des 38<sup>ten</sup> jahres.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Barnim IX, Ioannes Fridericus cum fratribus.*

N. 1090.

Cnissini, 2.IX.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de tractationibus pacis cum duce Moscoviae [Ioanne IV Basilide] interrupitis, quoniam is totam Livoniam expugnare conatur; pulverem tormentarium ad bellum continuandum sibi mutuo mittendum petit.*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.322.*

Sigmundt August etc.

Hochgeborner furst, freundlicher lieber herr öhem und schwoger, unsere freundtschaft und was wir sonst mehr liebs und guets vermögen bevor.

Wiewoll wir kheinen zweifel tragen, das Eur Liebden schon bewust,

was gestalt die Moskewiterische botschaft von uns ist abgefertiget worden, jedoch haben wir nicht underlassen wöllen, Eur Liebden durch unser schreiben dasselbe auch zu vermelden. Das ob wir woll zu einer friedhandlung sowoll auf Eur Liebden, als auch auf anderer schreiben und ermanen nicht ungeneigt gewesen, so ist doch des feindes begeren so unbillich und unleidlich gewesen, das es kheines weges anzunehmen geburet, dann er erstlich gantz Iflandt an sich zu ziehen, darnach auch alles gebiet Polozko und die gantze landtschaft, so darzu gehörig, welche sich gar nahendt bitz an die Willde angeferlich auf 10 oder 12 meil erstrekhet, begeret und entlich haben wöllen. Dobey khann Eur Liebden erachten, wie das zu than gewesen; derwegen haben wir sie one allen fryschtandt abfertigen mussen.

Dieweil es dann nicht anders sein khann, allein das wir selbst perschenlich auf underthenige bitt und begeren unserer hiegen landtschaft ins feldt eilenz forthrukhen und dem feinde im felde vorkommen mussen und zu dieser ausfertigung nach ein anzal polvers fast benötiget, ob wir woll wissen und in gutter acht haben, das uns von Eur Liebden iederzeit alles guttes widerfaren und wir noch sowoll an gelde als auch an anderem Eur Liebden uns schuldig erkennen, so dringt uns doch die hohe nottorft darzu, das wir abermals an Eur Liebden, unseren geliebten öhemen und schwogern, den wir iederzeit vor unsern vattern erkhardt und gehalten, anlangen und begeren müssen, Eur Liebden wölle uns eine somma pulfers, als fill ir muglich, zu dieser ietziger ausfertigung und vorgenohmmenen zug darstrekhen, welche wir hernach Eur Liebden mit sonderer dancksagung ablegen und erstatten wöllen lassen. Zweifeln gar nichts, Eur Liebden werde sich gegen uns als irem geliebten sohn in dieser ietziger eilender vorgefallener unserer nottorft als der geliebte vatter erzeigen, dann ob wir gerne in andere wege noch polver trachten wollen, so khonnen wir doch so eilenz darzu nicht khommen, derwegen unsere gentzliche zuvorsicht, Eur Liebden werde uns hierinnen ein ansuchung dieser grossen nottorft, doran uns und unserem lande, auch anderen umbliegenden lendern fast gelegen, nicht verlassen, sonder diesem unserem freundtlichem begeren nochkhommen. Doran thuen Eur Liebden unserem begeren und der billikheit, auch iren vetterlichen pflichten, die sie gegen uns iederzeit gantz treulich gehalten, einen genuegen. Dann wir in erwegung Eur Liebden allzeit gehabter lieb und trew gegen uns viel lieber an Eur Liebden, dann sonstens anderswo unser begeren gelangen haben wöllen lassen. Dis seind wir hinwiederumb umb Eur Liebden als unseren geliebten vattern in aller freundtschaft und willikheit zu vergleichen willig und urbietig.

Begeren hierauf von Eur Liebden durch diesen unseren Kemmerer, welchen wir von deswegen in aller eile an Eur Liebden abgefertigt, eine schleinige und behende antwort, dann wir dieses polvers im felde ietziger zeit eilenz benötiget, das wir uns mit dem ehesten darnach zu richten haben. Wöllen hiemit Eur Liebden sambt irem lieben sohn und allen den iren in den schutz des allmechtiigen Gottes entwort haben. Derselbe wölle Eur Liebden als unseren geliebten vattern in langwiriger gesondheit erhalten. Datum zu Knischin, den 2. tag Septembbris nach Christi geburdt im 1567<sup>ten</sup> jahr, unseres königreichs des 38<sup>ten</sup> jahres.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 1091.

Cnissini, 4.IX.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Ioanne Pawłowicz, ut ei subditi reddantur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1092.

Grodnae, 16.IX.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
fratres Christophorum et Petrum Grajewski commendat, quaedam nego-  
tia in Prussia habentes.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1093.

Markowo, 3.X.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de ducum Pomeraniae pro [Paulo] Wobesero expectata intercessione,  
quae tamen minimum pondus apud se habituram esse praenuntiat.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Intelleximus omnia, quae ad nos Illustritas Vestra scribit hoc tem-  
pore de Vobsero. De quo quidem negotio non minor nos profecto cura  
tenet, quam Illustritatem ipsam Vestram. Etsi autem hactenus ignore  
mus prorsus, cuiusmodi sint eae literae Illustris Ducis Pomeraniae ad  
nos scriptae, quarum sibi Illustritas Vestra exemplum ab eo cum sup-  
plicatione Vobseri prolixa missum esse scribit (neque enim adhuc ullae  
nobis eius generis literae ab Illustritate eius redditae sunt), tamen  
quicquid eius est, etiamsi ab Illustritate Vestra hoc tempore praemoniti  
non essemus nunquam profecto faceremus ut Vobsero qui sponsione a  
nobis militari obligatus datam fidem non sine maximo nominis sui de-

decore, violavit, ad eiusmodi conditiones, quales Illustritas Vestra describit, aditus apud nos patere videatur.

Itaque Duci quidem Pomeraniae Illustrae ad ipsius literas, cum eae nobis redditiae fuerint, pro mutua necessitudine et coniunctione nostra respondebimus. Ab ea autem obligatione, qua Vobserus iam pridem tenetur, et ab officio nostro, quod non minus Regni ipsius nostri quam ditionum Illustritatis Vestrae tranquillitati debemus, non temere profecto discedemus. Quod enim affertur de Commissariis ex pacto et foedere constituendis ad eius Vobserianae causae cognitionem, plane Vobseri somnium esse putamus, cum hoc iudicium neque de finibus sit, ut prudenter iudicat Illustritas Vestra, neque denique de eiusmodi re ulla, quae nobis cum Illustribus Pomeraniae Ducibus<sup>1)</sup> controversa intercedat et quae ullam communium Commissariorum cognitionem requirat, verum nos simpliciter ius nostrum certissimum et apertissimum ex vinculo obligationis sponsonis militaris adversus Vobserum urgeamus et tantisper, dum nobis plane satisfiat, urgebimus, ipsis Pomeraniae Ducibus Illustribus, ut arbitramur, non invitis. Caetera autem, ad quae se Vobserus, ut scribit Illustritas Vestra, recipere videtur, multo etiam inaniora sunt. Quale Illustritatem Vestram in hoc negocio magno plane et erecto animo esse volumus et iubemus. Quicquid tamen deinceps Illustritas Vestra de Vobsero audierit, non male egerit, si nos fecerit certiores. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum ex Markowo, tertia mensis Octobris, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

1) *Barnim IX, Ioan. Fridericus et fratres eius.*

N. 1094.

Markowo, 18.X.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Iudeis ex Magno Ducatu Lithuaniae, ut eis commercia libere exercere liceat.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.322.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Ea profecto semper de Illustritate Vestra opinione fuiimus atque etiamnum sumus perlibenter Illustritatem Vestram et pactorum communium observantissimam et eius adeo necessitudinis, quae inter nos arctissima intercedit, bene memorem semper extitisse. Sed cum Iudei, subditi nostri, ex Ducatu Lithuaniae, quibus nos non minus quam de aliis subditis nostris deesse non potuimus, vehementer quererentur commerciorum suorum libertatem nimis istic in angustum redigi in ditione Illustritatis Vestrae, faciendum nobis esse existimavimus, ut ne eis auctoritate literarum nostrarum apud Illustritatem Vestram defuisse pro officio nostro videremur. Quas quidem nostras literas, ita uti decuit, ab

Illustritate Vestra acceptas fuisse ex ipsius literis libenter admodum intelleximus.

Unum restat, ut, quoniam ipsa Illustritas Vestra pro sua matura prudentia intelligit beneficium pactorum nostrorum communium omnibus subditis nostris communiter convenire, nec magis inde Iudeos, quam Rutenos, Armaenos, Tartaros denique ipsos, quorum omnium a nostra differens est religio, arceri posse, efficiat pro prudentia sua et erga nos ac Regnum nostrum perpetua benevolentia, communibus pactis ac foederibus nostris consentanea, ne quod onus exercendorum istic commerciorum in subditos nostros, etiam Iudeos istos ex Ducatu praesertim Lituaniae, impositum esse ab Illustritate Vestra videatur contra formulam pactorum et foederum communium nostrorum. Si quid est, in quo Status terrarum illarum offendit videntur Iudaicorum istorum commerciorum tractatione, non deerunt rationes Illustrati Vestrae, quibus rationibus, salva pactorum communium integritate et robore, malis eiusmodi per Illustritatem Vestram occurri possit. Id ita Illustratem Vestram prorsus facturam esse nobis magnopere pollicemur.

De libero autem quoque transitu Iudeis nostris per ditionem Illustratis Vestrae concedendo, non dubitamus Illustritatem Vestram repugnaturam non esse, cum id non modo pactis communibus nostris, sed etiam iuri ipsi gentium consuetaneum esse videatur. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum in Markowo, die XVIII mensis Octobris, anno Domini MDLXVII, Regni nostri XXXVIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 1095.

Viennae, 23.X.1567.

Catharina regina Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de statu valetudinis ducis edoceri cupid; sucinum album sibi mittendum  
petit.  
(Germanice)  
Sigill. XIII.  
H B A, B 1, K.322.

N. 1096.

Lebiedzowo, 4.XI.1567.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro Leonardo Gogicz.  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: epistola Leonardi Gogicz sine dato ad regem, germanice  
scripta)  
(manu regis subscriptum)  
H B A, B 1, K.322.

N. 1097.

Lebiedziowo, 5.XI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Alberti in Prussia ducis  
pro proconsule suo Caunensi, cuius servitor a consulibus Regiomonta-  
nis in carcerem coniectus tam atrociter tractatus est, ut vita func-  
tus in ipso carcere fuerit.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Generosi, Nobiles, Strenui, Fideles nobis dilecti.*

Conqueritur nobis Providus ac Famatus Bernhardus Butner, Pro-  
consul noster Cownensis, Consules Regiomontanos veteris oppidi, con-  
cepto erga se odio, haud ita pridem servitorem illius comprehensum ac  
carcheri mancipatum ita tractasse, ut paulo post in ipsa custodia vitam  
cum morte innoxius et praeter omnem culpam commutare coactus  
fuerit, cum gravi praefati Proconsulis iniuria atque irreparabili damno.  
Itaque suppliciter nobis petiit, ut qui eo nomine in iuditio ordinario  
coram Illustri in Prussia Duce, Consobrino nostro charissimo, et Consi-  
liariis curiae Illustritatis eius adversus Senatum praefatum experiri  
illatasque iniurias legitime persequi decrevisset, illi has nostras literas  
commendaticias communicaremus.

Ac licet dubium nobis faciamus nullum, quin Fidelitates Vestrae  
aequam condignamque rationem subditi nostri sint habiturae ipsique  
debitam indilatamque iustitiam sint administratura, tamen cum res  
sit non levis, Fidelitates Vestras etiam atque etiam hortamur, ut contro-  
versiam diligenter in subselliis iuditiorum Illustritatis Suae perscrutan-  
dam ac definiendam committant agantque sedulo, ut supradicto Pro-  
consuli nostro ob illatas atroces iniurias atque damna plenarie satisfiat.  
Facturae Fidelitates Vestrae rem nobis gratam et ipsa aequitate, tum  
quoque Illustritate ipsius dignam. Datum in expeditione nostra bellica  
contra Moscum ex oppido Liebiedziowo, die V Novembris, anno Domini  
MDLXVII, Regni vero nostri XXXVIII.

Ex commissione Saorae Regiae Maiestatis propria.

N. 1098.

Lebiedziowo, 10.XI.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
in causa Erici ducis Brunsicensis stipendum et certam pecuniae sum-  
mam petentis negative respondet.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrino noster Charissime.*

*Intercedit Illustritas Vestra apud nos per Internunctium suum pro*

Duce Erico Brunsvicensi, qui et stipendium et praeterea pecuniae summa aliquam petit sibi a nobis praestari. Evidem facile existimare possumus Illustritatem Vestram rogatam non potuisse Illustritati eius offitum hoc denegare. Commemorat autem Illustritas eius in suis ad nos literis offitia servitiae sua, quae nobis non ita pridem in Prussiam cum milite veniens praestitit. Nos vero recordamur iter Illustritatis eius in Prussiam, ut insciis et invitatis nobis susceptum fuerat, ita plus nobis detrimenti quam commodi attulisse, immo multis rationibus fit nobis verisimile ipsum Regis Sweciae<sup>1)</sup> et Christopheri Ducis Megapolensis consilio iter illud per Prussiam in Livoniam instituisse. Quod etsi quidem ita habeat, tamen hoc ipso id etiam gravius nobis accidit, quod ex eo tempore, quo Illustritas Vesta in hac decrepita aetate sua, pro sua erga nos fide ac observantia, arma sumpsit ad prohibendos conatus eius, ita valetudinem suam afficit, ut hucusque reficere se atque plene convalescere non potuerit, adeo sane, ut nihil videamus prorsus, quid nos ad satisfaciendum petitioni eius invitare possit.

Stipendium a nobis promissum ei fuisse non negamus, sed conditionibus adiectis, inter quas hae quoque erant, quod obligare se nobis debuit nunquam se contra nos esse militaturum, quod postulantibus nobis operam nobis suam in bello navare debuit. Quam quidem obligationem cum nec antea, nec nunc tam longo iam tempore mittere voluerit, non videtur neque Thesaurus noster ad praestandum hoc stipendium amplius teneri. Illud quidem etiam petiti, quodammodo promisimus, ut cum tutiores erunt propter pestilentis contagii metum in Prussiam adiutus, apud Gedanenses autoritatem nostram interponeremus, ne in exigendo suo apud Illustritatem eius debito tantopere Illustritati eius molesti esse velint.

Haec habuimus, quae Illustritati Vestræ in causa Ducis Erici Brunsvicensis respondendo esse videbantur. Cupimus autem Illustritatem Vestram bene foeliciterque valere. Datum ex oppido Liebiedziowo, die X mensis Novembris, anno Domini MDLXVII, Regni vero nostri XXXVIII,

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Ericus XIV.*

N. 1099.

*Lebiedziowo, 12.XI.1567.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
ducis in Prussia consiliarius  
Leonardum Gogicz seniorem negotiumque eius commendat.*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: supplicatio eiusdem Gogicz germanice scripta s.d. ad regem)*

*(m.p. regis subscriptum)*

*H B A, B 1, K.322.*

N. 1100.

Radoszkowice, 12.XII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
de causa [Pauli] Wobeseri, in qua intercessionis Pomeraniae ducis nul-  
lam rationem se habiturum asserit.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

*Quod semper alioqui in omnibus negociis ad Illustritatem Vestram pertinentibus facere solemus, ut de iis ad ipsam referamus, idem in hac quoque Vobseriana causa libenter fecimus, et quae ad nos ab Illustri Domino Duce Pomeraniae allata essent, ea cum Illustritate Vestra communicavimus. Cum autem Illustratati Vestrae de eo negocio idem videri intelligamus, quod nobis ipsis venerat in mentem, non gravate in eo et sententiam animi nostri sequemur et consilium Illustritatis Vestrae, dabimusque operam, ut Vobserus secundum datam fidem et apud nos Commissariosve nostros se sistat et de controversia, quam cum Illustritate Vestra habet, nostrum vel Commissariorum nostrorum decretum expectet, quod haec causa ad pacta nostra Pomeranica minime pertineat. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum ex Radoszkowice, die XII mensis Decembris, anno Domini MDLXVII, Re-  
gni nostri anno XXXVIII.*

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptus.*<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

N. 1101.

Radoszkowice, 14.XII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
per internuntium ducis Venceslaum Schack (in ms. Szak) ipsi ore tenus ad  
omnia respondisse.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.322.*

N. 1102.

Kojdanow, 20.XII.1567.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
pro consiliis ad bellum Moscoviticum pertinentibus et pro pulvere tor-  
mentario gratias agit.  
Sigill. IX maius.  
H B A, B 1, K.322.*

Sigismund August etc.

Durchleuchtiger furst, freuntlicher lieber her ohem.

Es ist zum überfluess geschehen, das uns Eur Liebden dank saget wegen des beschads, so wir Eur Liebden der moskowitischen hendel halben von Knischin zugeschrieben haben, dann wir, wo es muglich where, in allen diesen kriegshendeln Eur Liebden als des woll erfahrenen und hochberumpten kriegersraths gerne pflegen wolten dieser gewissen zuversicht, wo es Eur Liebden gesundt undt alte yar leuden mechten, dieselbige keun vleuss noch muhe unss und unsern landen zu gutt nicht sparen wurde. Weul es aber gott der herr also schikt, das Eur Liebden yhrer teglichen leubs schwacheut folgen und sich bei rhue inhalten muess, seun wir damit auch zusfriden und bitten gott den almechtigen, das ehr Eur Liebden gute gesundtheut, so lang sein gottlicher willen ist, unss zu sunderlichen trost verlein wolle.

Sagen auch hieneben Eur Liebden dank fur die neunzige zentner schlangen und zehn pirschkpulver, so uns Eur Liebden noch Cawen zugeschickt hat. Spuren hierinnen Eur Liebden freuntliche liebe und treu welche uns und unsern landen Eur Liebden zu beweusen geflossen; wollen solches beu ieder gelegenheit unb Eur Liebden und derselbigen vielgeliebten sohn, auch all ire lande und underthanen zu verschulden geneigt und williglich uns erfunden lossen.

Ferner, was unser itzges furnemen anlanget, seun wir denister, den angehabenen krieg fortzutreuben gesunnet und es biz doher - Gott seu lob - noch zu erleuden ist. Jdoch thuen wir gemach, dann es domit zu eulen nicht rath ist. Was weuter erfolgen wirt, wollen wir Eur Liebden der gelegenheit noch wissen lossen.

Hiemit thuen wir Eur Liebden in schutz und schirm des almechtigen befelen. Geben zu Keidanow den 20. Decembris ahm jar 1567, unsers kunigampts ahm acht und dreusigsten.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 1103.

Kojdanow, 2.I.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de negotio Pauli Wobeseri; de citationibus ducis ad Cameram Imperialem, ab eodem Wobesero illegitime impetratis; de internuntio suo ad imperatorem misso.*

*Sigill. VIIa.*

*(2 annexa: 1. exemplum litterarum regis Poloniae ad imperatorem;  
2. legatio regis ad electorem Brandenb.)*

*H B A, B 1, K.323.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.

Etsi negotium Wobeseri, uti aliquoties ad Illustritatem Vestram scripsimus, magnae curae semper habituri per nos ipsi fueramus, tamen

ut primum de citationibus nomine ipsius Illustrati Vestrae oblatis et a Camera Imperiali impetratis intelleximus, scripsimus e vestigio ad Caesaream Maiestatem, ut auctoritate Maiestatis ipsius citationes eiusmodi contra Illustratatem Vestram, Principem subditum nostrum, illegitime prorsus obtentae et improbitate perfidi hominis impetratae, in nihilum redigantur, sicuti ex exemplo literarum ipsarum, quod Illustrati Vestrae mittimus, Illustritas Vestra cognoscet. Eius autem rei apud Maiestatem eius procurandae et solicitandae negotium Oratori nostro, quem ibi assiduum habemus, commisimus.

Nunc etiam mittimus Internuntium nostrum, Generosum Stanislauum Sandivogium a Czarnkow, Referendarium curiae nostraræ et Capitaneum Drahimensem, ad Illustres Dominos Ioachimum Electorem et Ioannem Marchiones Brandenburgenses cum instructione, cuius item exemplum Illustrati Vestrae describi et mitti iussimus. Videbit igitur Illustritas Vestra, si quid praeterea desideretur, quod ad Caesaream Maiestatem vel ad Illustres ipsos Dominos Marchiones addi in hac causa nomine nostro oporteat. Nos enim, quaecunque Illustrati Vestrae necessaria videri ad eam causam cognoverimus, non gravate omnia Illustrati Vestrae praestatur et Oratoribus ipsis nostris demum missuri sumus. De iurisconsulto tantum aliquo excellenti quod a nobis Illustritas Vestra postulat, id praestare hoc tempore Illustrati Vestrae nequaquam possumus, cum et in expeditione hac nostra bellica nullum, et alioqui etiam paucos admodum habeamus, qui in iure imperiali nimium versati esse videantur.

Si tamen Illustritas Vestra nostrum aliquem ad suum, quem eo missura est, necessarium esse iudicaverit, eum quidem unum de suis poterit designare, cui nos et instructionem et literas fidei et literas passus missuri sumus eumque pro iurisconsulto nostro nominabimus.

Praeterea autem constituimus ad Illustres Pomeraniae Duces<sup>a)</sup> aliquem ex nostris in eadem causa Illustratatis Vestrae mittere, ut, sicut olim Illustrates eorum pro Wobsero apud nos intercesserunt, utque eum obligatum duntaxat militari sponsione dimitteremus, effecerunt, ita nunc quoque auctoritate sua, uti apud subditum suum, efficiant, ut is Illustrati Vestrae satisfaciat nobisque fidem suam, quam spopondit, praestet. Quam ob rem si idem ille, quem pro iurisconsulto nostro ad hoc negotium ad Cameram Imperialem Illustratas Vestra designatura est, fungi nostro nomine legatione apud Illustres Dominos Pomeraniae Duces poterit, nobis quam primum Illustratas Vestra prescribat, ut ad eum tempestive mittamus instructionem nostram. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum ex Koidanow, die II mensis Ianuarii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri XXXVIII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

<sup>1)</sup> *Barnim IX, Ioannes Fridericus cum fratribus.*

#### *Annexum I:*

Exemplum literarum Regiae Maiestatis ad Caesaream Maiestatem. Serenissimo et Excellentissimo Principi Domino Maximiliano Secundo, divina favente clementia Romanorum Imperatori etc.

Serenissime et Excellentissime Princeps etc.

Debet non exiguum summam pecuniae Illustri Principi Domino Prussiae Duci, vasallo et consobrino nostro charissimo, quidam Paulus Vobeserus, subditus Illustrum Dominorum Pomeraniae Ducum, quam ab Illustritate eius expressit conspiratione improborum quorundam hominum, qui inter Consiliarios Illustritatis eius electi cum essent, aetate et valetudine Illustritatis eius magnopere affecta abusi, cum in alia multa perabsurda Illustritatem ipsius consiliis suis adduxissent, tum ad numerandam quoque hanc pecuniae summam insignem Paulo isti Vobesero induxerunt praetextu stipendi cuiusdam militaris. Sed illi quidem extremo suppicio affecti perfidiae suae poenas dederunt fere omnes. Restare autem dicitur nonnusquam dux illorum et auctor Paulus quidam Scalichius, qui nisi forte fortuna illinc abfuisset, eodem suppicio cum caeteris affectus fuisset poenasque cum aliorum facinorum suorum, tum etiam singularis suae in Domum Austriacam malevolentiae, dependisset.

Nunc Paulus is Vobeserus, cum ita, uti diximus, magnam pecuniae summam Illustri Domino Prussiae Duci deberet, coepit etiam publicas voces iactare et de Illustri Domino Prussiae Duce queri, quasi sibi ab Illustritate ipsius magna vis pecuniae deberetur, ad eamque rem syngraphas quasdam exhibebat, quae calliditate improborum illorum hominum dicuntur ab Illustritate eius extortae fuisse. Quam rem totam cum Commissarii nostri, quos tunc eo tempore in Prussiam cum summa potestate ablegaveramus, cognoscere voluissent, profugit Vobeserus in alias ditiones nostras, ubi Illustri Domino Prussiae Duci, de quo prius falso querebatur, inimicitias etiam denunciare coepit, redditis publicis comminationibus se iniurias suas ab Illustritate ipsius vi et armis persecutum esse. Qua de causa postea a Praefectis nostris, qui hominis petulantiam ferre non potuerunt, captus et ad nos missus fuit.

Quo quidem tempore poteramus nos confestim iure nostro in ipsum uti, qui inimicitias subdito nostro Principi tam aperte denunciaret, verum cum is deberi sibi tamen pecuniam a subdito nostro Principe quereretur, nobis autem prae Comitiorum negotiis, ad quae nobis iam tum proficiscendum erat, cognitioni eius causae vacare tunc non liceret, praeterea cum Illustres Domini Pomeraniae Duces, consanguinei nostri charissimi, partes pro illo suas apud nos diligenter interponerent, sponsione militari hominem obligavimus fideque ab eo accepta dimisimus, ut pro feriis Pentecostes proxime praeteritis apud nos se sisteret. Nos autem illi ius, si quod adversus Illustrum Prussiae Ducem haberet, dicturos tunc esse recepimus. Sed is fidem datam febellit, nec se apud nos, ut debuit, hactenus stitit. Cuius nos quidem perfidiam dum dissimulandam nobis esse hucusque statueremus, si forte resipiscat, adfertur ad nos ipsum Illustri Principi Domino Prussiae Duci diem dixisse, oblatis Illustrati eius per tabellionem publicum literis citoationis, a Camera Maiestatis Vestrae Imperiali Spirensi impetratis.

Quae res cum non solum innocentiam Illustris Domini Prussiae Duci graviter offendat, sed etiam dignitati et authoritati nostrae vehe- menter aduersetur, cui semper omnes terrae Prussiae iure haereditario ab immemorabili tempore subiectae extiterunt, nec alias superiores legi- timos aut etiam iudices, quam maiores nostros Poloniae Reges, agno- verunt, et si quando Magistri Ordinis Theutonici, qui ex parte usum- fructum earum terrarum preclario a maioribus nostris impetrarant, su- perioritatem illorum agnoscere forte noluissernt, omnibus bellorum in-

commodis affecti et ad obedientiam adducti fuerunt, magnopere petimus a Maiestate Vestra, ut pro sua aequitate proque mutua coniunctione nostra, cuius nobis memoria semper est nobis<sup>2)</sup> iucundissima, perficiat autoritate sua apud Cameram hanc Spirensem, ut cittationes istae, contra subditum Principem nostrum illegitime impetratae, in nihilum redigantur isque homo, qui cum fidem datam fefellerit, non solum stare in iudicio, sed etiam inter bonos privatim versari non potest, ab omni actione istic repellatur et, si quam cum Illustri Domino Prussiae Duce, vasallo nostro, habet, ad nos relegetur.

Intelligit enim profecto Maiestas Vestra nos nulla ratione pati posse, ut de Principe nobis subiecto, et qui iam inde a praedecessoribus suis, Prussiae Magistris, non aliam unquam quam nostram, Regum Poloniae, iurisdictionem atque imperium agnovit, ius dici permittamus in foro minime competenti, ad instantiam cum alterius cuiusvis, tum eius principi hominis, qui fidem datam violavit seque omnibus actibus legitimis indignum reddidit. Pertinebit hoc factum Maiestatis Vestrae cum ad iustitiae et aequitatis rationes conservandas, tum etiam ad tuendam bonam vicinitatem et amicitiam mutuam nostram, in qua nos maximum ad quascumque res maximas momentum arbitramur esse constitutum. Quam quidem nos, quantum modo in nobis situm erit, libenter admendum Maiestati Vestrae praestare studebimus, nec alia vicissim Maiestatem Vestram erga nos voluntate fore confidimus. Bene valere Maiestatem Vestram cupimus, cuiusque nos fraterno amori diligenter commendamus. Datum ex Koidanow, die ultima mensis Decembris, anno Domini 1567, Regni vero nostri 38.

Eiusdem Maiestatis Vestrae.

2) sic in ms.

#### *Annexum II:*

Principio Internuncius Regiae Maiestatis Illustrum Dominum Electorem Marchionem Brandenburgensem nomine Maiestatis illius salutabit, commemorataque breviter et commendata mutua benevolentia et coniunctione, fausta ac foelicia omnia Illustritati eius precabitur.

Deinde in hunc fere modum verba faciet:

Quod multis saepe hominibus, atque etiam viris et Principibus magnis, accidit in hac confusione rerum mortalium et difficultate summa administrandarum Rerum publicarum, his praesertim temporibus, quibus fraudum et imposturarum plena sunt omnia, ut multa administrantibus Republicas obrepant, quae ab initio spetiem honestam et salutarem prae se ferant, in progressu perniciosa et ipsis et dominiis illorum apparent Idem Illustri Principi Domino Alberto Seniori in Prussia Duci, vasallo et consobrino Regiae Maiestatis charissimo, ante unum atque alterum annum accidit. Qui cum alias prudentia et vigilantia in rebus suis singulari extisset, non ita pridem in hac iam et aetate et valetudine affecta sua, fuit non leviter per summam quorundam verbo Consiliariorum suorum, re autem vera improborum hominum, calliditatem atque perfidiam plerisque in rebus circumventus.

Inter cetera autem consilio et conspiratione illorum adductus fuit, ut Paulo cuidam Vobesero, subdito Illustrum Dominorum Ducum Po-

meraniac, et praesentem pecuniam magnam numeraret et praeterea syngraphas quasdam manu sua subscriberet, quibus se debitorem Vobesero isti in maxima pecunia constituebat suaque et subditorum suorum bona durissimae pignerationi submittebat, idque praetextu cuiusdam stipendi militaris, iam ad eum usum ab improbis istis Consiliariis conficti et assimulati. Quo tamen Illustritas ipsius neque usa est, neque ut utetur, opus habuit.

Itaque fit, ut Vobeserus iste, qui summam pecuniae mala fide accep tam Illustritatis eius omnino debet, non modo eam non restituat, sed etiam plura sibi praeterea ab Illustritate eius vi syngrapharum istarum subreptitarum deberi conqueratur, et insuper hostilia quaedam Illustrati ipsius subditisque Illustritatis ipsius comminatur.

Quae res cum ad Commissarios Regiae Maiestatis, quos ipsa, rogatu in primis Illustris Domini Dicis atque Ordinur omnium Prussiae, in terras illas Illustrati ipsius subiectas cum summa potestate ante annum unum miserat, delata esset, cumque Commissarii ipsi in eo iam essent, ut universa haec causa, utraque praesente parte, per ipsos cognosceretur, factum est, ut Vobeserus, subterfugiendo cause cognitionem, nec redditis, uti oportuit, accepti et expensi rationibus, discesserit et in alias regiones Regiae Maiestatis profugerit. Quibus quidem in locis cum a Magistratibus Maiestatis Suae, uti is, qui publice inimicitias Illustri Domino Prussiae Duci denunciaret, captus esset, ad Maiestatem Regiam missus fuit.

Interim homines illi scelestissimi, qui apud Illustrum Dominum Ducem Consiliariorum loca occupabant, cum essent per omnes Ordines Ducatus Prussiae infinitorum scelerum ac facinorum apud Commissarios illos Regiae Maiestatis convicti, extremo supplicio affecti improbitatis ac perfidiae suae poenas dederunt, paucis quibusdam exceptis, qui eorundem scelerum et conspirationum consciit profugerunt.

Quod autem Vobeserum attinet, etsi poterat Maiestas eius Regia iure suo in ipsum uti, qui et inimicitias Principi subiecto Maiestatis eius denunciaret, et in potestate Maiestatis eius tunc esset, tamen cum is sibi nihilominus Illustrum Dominum Prussiae Ducem pecuniam debere quereretur, et Illustris Domini Pomeraniae Duces partes pro illo suas apud Maiestatem eius interponerent diligenter, sponsione illum militari Maiestas ipsius obligavit, fideque ab illo accepta, ut se apud Maiestatem eius pro feriis Penthecostes proxime praeteritis sisteret, dimisit, se vero tunc ius ipsi, si quod adversus Illustrum Dominum Prussiae Ducem haberet, dicturam recepit. Quod ille quidem cum summa gratiarum actione a Maiestate illius acceptavit seque ad diem adfore sancte, sub fide et honore boni, nobilis et militaris viri, promisit.

Quid igitur factum est? Vobeserus fidem datam febellit, nec se hactenus, ut debuit, apud Maiestatem eius stitit. Praeterea autem, cum per universam Germaniam Illustrum Dominum Prussiae Ducem infinitis calumniis onerasset, novissime etiam Illustritatem ipsius per tabellionem publicum ad Cameram Imperialem Spirensem, cum nonnullis subditis Illustritatis ipsius eius, citavit diemque iis partim XXIII Februarii, partim decimum Martii proxime futuri, peremptorium dixit, homo, qui cum fidem Maiestati Regiae datam febellisset, nec promissum sub fide et honore boni viri vadimonium obiisset, non solum standi in iudicio, sed etiam privatim inter bonos versandi locum non habet.

Ac cum multa sint quidem, quae Maiestatem Regiam in hoc facto magnopere offendant, tum duo illa praecipua esse videntur, unum, quod

innocentia Illustris Domini in Prussia Ducis, vasalli et consobrini sui charissimi ac optimi Principis, ab homine nequam ludibrio habeatur, alterum, quod auctoritas quoque Maiestatis ipsius et iurisdictio in terras omnes Prussiae haereditaria oppugnetur, evocanda Illustritate ipsius ad forum incompetens extra tribunal Maiestatis eius.

Novit enim Illustritas Vestra terras omnes Prussiae iurisdictioni et imperio Regum Poloniae, maiorum Maiestatis Regiae, a tempore, cuius memoria prorsus non extet, subiectas semper extitisse, Magistrosque Ordinis Teutonici, qui ex parte usumfructum terrarum illarum a maioribus Maiestatis Regiae precario impetrarant, nullam aliam legitimam superioritatem aut iurisdictionem, praeterquam superioritatem et iurisdictionem Regum Poloniae, agnoscere noluissent, omnibus belli incommodis affectos ad officium tandem et obedientiam a maioribus Maiestatis Regiae reductos fuisse. Quod quidem ius haereditarium, legitime, summa divorum maiorum Regiae Maiestatis erga Teutonicum Ordinem benignitate et erga res christianorum communes pietate ab initio constitutum, deinde etiam succendentibus temporibus sanguine illorum vindicatum, violari in sese nulla ratione Maiestas ipsius pati posset, ut videlicet Princeps Maiestati eius subiectus, et qui iam inde a praedecessoribus suis, Prussiae Magistris, non aliam quam Regum Poloniae iurisdictionem agnoscit, debeat ad cuiusvis hominis instantiam, ad eius autem praesertim, qui fidem fregit seque omnibus actibus legitimis indignum prorsus reddidit, in foro minime competenti iudicari.

Quod cum ita sit et Illustritas Vestra non minus Regiam Maiestatem affinitate, quam Illustrum Dominum Prussiae Ducem necessitudine sanguinis attingat, aequum est idque Maiestas illius ab Illustritate Vestra<sup>a)</sup> postulat, ut et privatim et publice Illustratas Vestra ostendat<sup>b)</sup> se hac quidem Maiestatis illius Illustrisque Domini Prussiae Ducis indignitate atque iniuria magnopere permoveri rationesque eiusmodi ineat quibus existimatio primum optimi et innocentissimi Principis a calunnia perfidorum hominum privatim et publice defensa, deinde etiam auctoritas et iurisdictio Regiae Maiestatis ipsius in terras Prussiae perpetua, sarta et tecta conservata esse videatur.

Id fiet, si Illustratas Vestra citationes istas, illegitime contra Illustrum Dominum Prussiae Ducem, vasallum Maiestatis Regiae, subditosque nonnullos Illustritatis ipsius emanatas, omni ratione tolli et in nihilum redigi curaverit, interposita Caesareae Maiestatis eorumve, quorum interest, auctoritate, vel ubi id fortassis minus procedere posse videatur, si Illustritas Vestra causam Illustris Domini Prussiae Ducis, uti propinqui et consanguinei sui, modis omnibus sibi tuendam et defendendam proposuerit, tam inferioribus quam superioribus omnibus in locis, ut Illustritas ipsius non solum calumniis accusatoris, hominis impudentis, sed etiam iudicio ipso Camerae Imperialis et foro minime competenti exempta esse videatur, cum Regia Maiestas de Principe sibi subiecto ius unicuique dicere sit parata, qui modo id a Maiestate illius postularit.

Etsi autem Regia illius Maiestas et in hoc et in omnibus aliis negotiis Illustrum Dominum Prussiae Ducem, vasallum et consobrinum suum charissimum, omnibus Maiestate Sua dignis rationibus libenter est defensura, nec Principem sibi subiectum causam in alieno foro dicere ullo pacto est permissura, tamen propter certas Illustris ipsius Domini Ducis Prussiae rationes, in primis autem quod Illustratas eius neque aetatem

quidem hanc suam ita contemni cuperet, ut iudicium, cui subiecta non est, subire necesse habeat, neque rursus si ab eo onere sola Regiae Maiestatis auctoritate liberetur, non magnopere cavendum sibi esse existimat a fraude accusatoris istius, cognita iam praeſertim sibi et experta, idcirco Regia illius Maiestas sibi sic persuadet, si modo in eo negocio Illustritas Vestra partes suas interposuerit Principique propinquum et necessario suo, ut par est, deesse auctoritate et gratia sua, qua pollet, noluerit, tum et omnes has difficultates cessaturas et fraudes praeterea inimici istius et iniqui hominis in irritum esse recasuras.

Quam quidem ad rem Maiestas illius Regia, etsi Illustritatem Vestrarum officio suo erga Illustrum Dominum Prussiae Ducem, propinquum et consanguineum suum, satis adductum iri intelligit, tamen sibi quoque ita id fore gratum pollicetur, ut hoc nomine ad Illustritatem Vestram deferat omnem grati sui animi significationem.

*Sub textu alia manu:* Eodem exemplo ad Illustrum Dominum Ioan-  
nem Marchionem etc.

a-b) *in margine inferiori.*

N. 1104.

Cnissini, 7.II.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*demonstrat conventum Heiligbeilensem a duce indictum sine praesentia  
commissariorum suorum Regisque omnino celebrari non posse, hac  
praesertim in Prussia rerum perturbatione; rogat igitur, ut tempus  
ei celebrando praestitutus paululum differatur.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Consobrine noster Charissime.*

Egit nobiscum Illustritatis Vestrae nomine Generosus Venceslaus Shak Internuncius Illustritatis Vestrae, gravari Illustritatem Vestrarum responso quodam Commissariorum nostrorum, quos ad conventum Heiligbeilensem designaveramus. Qui cum de indicto recens per Illustritatem Vestram Heiligbeilensi conventu ab Illustritate Vestra certiores facti essent, ita respondisse Illustritati Vestrae videntur, quasi Illustritas Vestra conventum Ordinum sibi subiectorum indicere sine Commissariis ipsis nostris non possit. Primum igitur volumus, paulisper secum Illustritas Vestra memoria repeatat nos iam inde ab initio totum hoc mittendorum istuc Commissariorum nostrorum consilium non alia de causa, quam propter et nostram ipsorum et Illustritatis Vestrae dignitatem commodumque et tranquillitatem terrarum illarum suscepisse, adductos maxime et commotos tum ipsius Illustritatis Vestrae postulatis, tum precibus supplicationibusque diuturnis Consiliariorum atque

adeo omnium Ordinum Illustrati Vestrae subiectorum. Cuius sane rei etiam hactenus nos non poenitet. Nam et ea incommoda per[gravissima] <sup>a)</sup> opera Commissariorum istorum nostrorum ibi levata sunt, quibusstantibus terrae illae diu stare non poterant, et de hoc officio nostro eiusmodi sunt nobis partim ab Illustritate ipsa Vestra, partim ab Ordinibus omnibus actae gratiae, ut nos sane eius facti consiliique nostri minime debeat poenitere.

Quam ob rem cum ex superioribus actis horum Commissariorum nostrorum reliqua sint pauca quaedam, quae ad hunc Heiligbeilensem conventum de communi omnium Statuum ac Ordinum illorum consensu reiecta fuerunt, intelligit Illustritas Vestra ex dignitate nostra Regnique nostri non esse, ut ea absentibus Commissariis nostris aut gerantur aut ad exitum deducantur. Nunc autem qui dies conventui isti ab Illustritate Vestra praestitutus est, tanta temporis brevitate circumscriptus est, ut ad eum Commissarii nostri, omni festinatione adhibita, venire non posse videantur. Ut interim omittamus vim eius contagionis, qua terrae illae teneri proxime videbantur, necdum quicquam remisisse, ut Commissarii nostri sine praesentis metu periculi hoc tempore istuc venire possint.

Itaque non est, quod Illustritas Vestra responsum Commissariorum nostrorum in aliam partem interpretetur, quam diximus. Nam cum nos ipsi Illustratatem Vestram semper plurimi fecerimus eamque non alio fere quam parentis loco habuerimus, et quod ad rem pertinet, eius iura et privilegia omnia diligenter conservaverimus, tum nemo est profecto subditorum nostrorum, qui Illustratatem Vestram non summopere colat quique dignitatem ipsius non omni ex parte sartam ac tectam esse cupiat. Sed sunt quidam non tam callidi quam iniqui homines, qui eam, quae nuper istic constituta est, tranquillitatem terrarum illarum invidentes et omnia ad eam, quae cooperat, confusionem reducere cupientes, res bene ac foeliciter coepitas, quantum in ipsis est, inficiunt, satis hoc ipso demonstrantes necdum incendii illius scintillas omnes extinctas esse, quibus terrae illae parum aberat, quin cum ipso vestigio conflagrarent. Quod cum ita sit, hortamur Illustratatem Vestram, ut eum conventum ad aliquod potius aliud tempus commodius differat, quam ut debeat absentibus Commissariis nostris Regnique nostri, cum summa nostra Regnique nostri indignitate, de iis rebus quicquam statuere, aut potius statui permittere, quae sunt omnium istorum Ordinum consilio et assensu cognitioni Commissariorum ipsorum nostrorum, una cum caeteris terrarum illarum Ordinibus, reservata.

Sicut enim libenter iura et privilegia Illustratatis Vestrae tuemur et conservamus, ita ea, quae semel omnium Ordinum istorum consensu, cum dignitate nostra Regnique nostri cumque bono et commodo terrarum istarum, constituta sunt, tueri magnopere et conservare ac, si quid contra fieret, id irritum prorsus et imane pronunciare debemus. Pluram de hoc conventu quam de his, qui ad rationes reddendas ad hunc conventum vocati sunt, praesente Internuncio Illustratatis Vestrae locuti sumus. Ex quo reliqua Illustritas Vestra intelliget, quorum summa est nos nec conventum eiusmodi sine Commissariorum nostrorum praesentia celebrari, nec rationes, nisi eis audientibus, publice referri ulla ratione esse probaturos, quod ea omnia partim ad dignitatem nostram, partim ad earum constitutionum, quae proximis superioribus conventibus in illis terris factae sunt, robur et firmitatem, quibus omnibus salus et incolumitas terrarum illarum continetur, existimemus pertinere.

Cemarum familiam cum nobis magno studio Illustritatis Vestrae Internuncius commendaret, respondimus eos hic adesse, cum quibus nos quae aequa et honesta erunt constituemus. In iis autem rationem commendationis Illustritatis Vestrae libenter habebimus. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Knyshini, septima Februarii, anno Domini MDLXVIII, Regni nostri XXXVIII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>c)</sup>

a) non legitur ob maculam.  
b)-c) manu propria.

N. 1105.

Cnissini, 12.II.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
iterum de servo Bernardi Buthner in carcere Regiomontano vita functo.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1106.

Cnissini, 20.II.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
iterum de negotio Iurborgensi.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1107.

Cnissini, 19.III.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto in Prussia duci  
causam Ioannis Spill, civis Caunensis, iterum commendat.  
Sigill. VIIa.  
(Annexa: 1. exemplum litterarum regis ad ducem de die 14.VIII.1567  
datarum, in eadem causa Ioannis Spill; 2. exemplum litterarum Ioan-  
nis Spill ad regem s.d.)  
(m.p. regis subscriptum)  
H B A, B 1, K.323.

*N. 1108.*

*Cnissini, 20.III.1568.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*pro Ioanne Żelisławski, ut ius super capitaneatu Risemburgensi, fratri eius demortuo, Francisco, concessum, ad ipsum devolvatur.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*N. 1109.*

*Cnissini, 20.III.1568.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Ioanne Żelisławski, ut in N. praecedenti.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*N. 1110.*

*Cnissini, 25.III.1568.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto in Prussia duci*

*de controversia inter Casparum a Deben, scabinum terrae Michaloviensis, subditum regis, et Wolfgangum a Kreitzen (in ms. Creucz), capitaneum Ostrudensem, occasione piscaturaे in flumine Drwęca exorta.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*N. 1111.*

*Cnissini, 30.III.1568.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*ducis in Prussia consiliariis*

*de obitu ducis Alberti condolet Ioannem Demetrium Solikowski mittit, viros graviores, si casus postulaverit, missurus.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Magnifici, Generosi, Nobiles, Spectabiles et Famati, sincere et Fideles nobis dilecti.*

*Perlatum est ad nos Illustrem Principem Dominum Ducem Prussiae,*

consobrinum nostrum charissimum, proximis his diebus vita functum esse. Cuius vita quo nobis charior extitit, eo maiori dolore, cura et sollicitudine mors illius nos afficit. Et siquidem nihil dubitemus Synceritatis et Fidelitatis Vestras debitum officii illarum non neglecturas et in prospectu habituras, quidnam patriae suae ac Illustri Principi Iuniori, nepoti nostro, immediato Domino suo, nobis quoque ac Reipublicae Regni nostri, tanquam Domino suo superiori, hoc in passu debeat. Ne tamen interea quicquam de solita nostra erga terras illas cura atque sollicitudine remissum esse videatur, quum terrae illae magis etiam consilio auxilioque nostro indigeant, quod alias saepe fecimus, ut necessitatibus terrarum illarum pro re et tempore omni ope auxilioque nostro succurseremus, id ipsum nunc etiam facimus.

Mittimus enim isthuc Generosum Ioannem Demetrium Solikowski, Secretarium nostrum, qui Synceritatis et Fidelitatis Vestras officii illarum admoneret, quod nobis Reique Publicae Regni nostri a Synceritatis et Fidelitatibus Vestris debetur. Ubi autem usus postulaverit, mittimus sine mora ex Consiliariis nostris viros graviores, quorum praesenti consilio Synceritatis et Fidelitatis Vestrae ad omnes casus et opportunitates uti possint. Interea illas etiam atque etiam hortamur et omni interposita auctoritate nostra mandamus, ut ita se omnibus in rebus gerant, quae ad gubernationem terrarum illarum pertinere videbuntur, ut fides et officium illarum cum erga Illustrum Principem Iuniorem, nepotem nostrum charissimum, Dominum illorum immediatum, quem nos filii prorsus nostri loco et habemus et habituri sumus, tum erga nos ipsos Regnumque nostrum Poloniae, cui terrae istae iure haereditario sunt subiectae, flagitat et requirit. Secus Synceritatis et Fidelitatis Vestrae pro fide et officio suo et sub gravi indignatione nostra ne fecerint. Commissimus<sup>z)</sup> autem praeterea eidem Secretario nostro plura ad Synceritatis Vestras nomine nostro perferre. Cui fidem habebunt. Datum Knissinii, die penultima Marcii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri XXXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 1112.

Cnissini, 30.III.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterae fidei pro Ioanne Demetrio Solikowski, quem post mortem patris, ducis Alberti, Regiomontum mittit.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.323.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Nepos noster Charissime.

Cum de morte Illustris Principis Domini Alberti Marchionis Brandenburgensis et in Prussia Ducis, consobrini nostri charissimi, parentis

Illustritatis Vestrae, et Illustris Annae Mariae, coniugis eiusdem et matris ipsius, accepissemus, operae precium duximus Illustritatem Vestram Nuncio nostro revisere, et quae ad Vestrae Illustritatis et terrarum illarum utilitatem et salutem in praesenciarum pertinere visa sunt, significare. Hac itaque de causa Generosum Ioannem Demetrium Solikowski, Secretarium nostrum, cum mandatis ad Illustritatem Vestram et illas terras ablegavimus, ut ea, quae a nobis accepit, de sentencia et voluntate nostra Illustritati Vestrae referret. Cuius verbis ut in omnibus, quae nomine nostro Illustritati Vestrae relaturus est, fidem firmam et indubiam adhibere velit, Illustritatem Vestram amanter hortamur. Quodque superstest, bene et foeliciter ipsam valere cupimus. Datum Cnischini, penultima die mensis Marcii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri anno trigesimo nono.

a) Sigismundus Augustus Rex subscipsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 1113.

Cnissini, 3.IV.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
obligationum ipsorum erga iuvenem ducem, se ipsum Regnumque Poloniae et terras Prussiae eos admonet.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Generosi ac Strenui, sincere ac Fideles nobis dilecti.*

Audivimus quae ad nos Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum nonnibus attulit hoc tempore Generosus Venceslaus Schak, Internuncius, responsumque eidem ad omnia dedimus, quod ex ipso illo Synceritates et Fidelitates Vestrae plenius cognoscent. Interea monere Synceritates et Fidelitates Vestras et hortari praetermittere non possumus, ut et terrarum quidem illarum curam habeant, et Illustrum Principem suum iuniorum ita colant, ut omnis ratio gubernationis vestrae ad dignitatem, commoda, salutem tum Illustritatis eius, tum vero etiam nostram Regnique nostri, cui terras illas certa lege subiectas esse meminisse debent, referri videatur. Quod nos quidem de ipsis sperare facit virtus et probitas illorum singularis fidesque tum nobis et Illustri Principi, tum vero Regno terrisque illis sancte obligata. Datum Cnissini, die tertia Aprilis, anno Domini MDLXVIII, Regni nostri anno XXXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscipsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 1114.

Cnissini, 26.IV.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterae credentiales pro Ioanne Kostka, castellano Gedanensi, et Ioanne  
Demetrio Solikowski ad cohonestandas regis nomine exequias ducis  
Alberti senioris.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1115.

Cnissini, 26.IV.1568

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
de Ioanne Kostka, castellano Gedanensi, et Ioanne Demetrio Solikowski,  
ad cohonestandas regis nomine exequias ducis Alberti senioris  
missis.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1116.

Linciae, 1.V.1568.

*Catharina regina Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro notitia de morte ducis Alberti gratias agit eamque ob causam eis  
condolet; de suae arctae cum demortuo necessitudinis vinculis re-  
fert; iuvenem principem et heredem [Albertum Fridericum] eis com-  
mendat.  
(Germ., m.p. reginae subscriptum)  
Sigill. XIII maius.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1117.

Grodnae, 6.V.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
ad proposita eorum se per Venceslaum Schack ipsis respondisse significat.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.*

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Regni Poloniae  
consilia eorum expositulat, quid sibi in praesenti controversia cum Ordinis Theutonicorum magistro [Georgio Hund de Wenckheim] sit faciendum et quid ad litteras imperatoris hac in re acceptas respondendum.  
(Versio germanica)  
H B A, B 1, K.323.

Copey koniglicher majestet schreiben an die rethe und stende der chron Polen, die besorgkliche gefhar des deutschen meisters belangende, item schreibet, das die romisch kheyserliche majestet<sup>1)</sup> sich erbetten, ire majestet mit dem maister zu vertragen; bitten derhalben iren radt, was der keyserlichen majestet hieruff zu andtworten. Datum Grodno, den 8. Mai anno 68.

Literae Sacrae Regiae Majestatis ad Consiliarios Regni Poloniae.

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Magnifice, sincere nobis Dilecta.

Da wir warhaftig berichtet worden von dem todlichen von dieser weldt abgange des firsten in Preussen, haben wir solchs von stund an Eur Liebden wissen lassen und darneben, das wir solchs wol vermercket, das wir uns<sup>a)</sup> was newes noch seinem todlichen abgange zu befaren haben, sowol ausserhalb des landes von wegen des alten und noch heutiges tages werenden zwist mit dem deutschen meister der<sup>b)</sup> Preussen<sup>c)</sup> halben, von welchem wir gehoret, das er diese gelegenheit nicht solt verschlossen oder verseumen, als auch daheimei. oder innerhalb des landes, zum teil von wegen der verlebten alten<sup>d)</sup> tage des verstorbenen firsten, welcher alters halben eine lange zeit nicht noch nottuft dem firstenthumb hat vorstehen konnen, daher etliche böse leut ursach genommen, daselbst im firstenthumb allerlei böse practiken auszubreiten, auch zu dieser zeit<sup>e)</sup> noch, da doch die hersten schon gestraft, solche practiken vielleicht kaum aufgehoret, zum teil auch der unmundigen jhar halben, in welchen er seinen nachkommen, den itzigen firsten seine liebe hinder sich gelassen, was hierinne zu thun und wie dem vorzukommen sei. Itzund aber, was wir vorhin selbst verstanden, kompt uns aus<sup>f)</sup> unterschiedlichen ortern fir, wie das derselbe meister sampt andern reichsfirsten kriegsvolk annimet und sich dahin bearbeitet, wie er der firgefalenen gelegenheit mit irgen einem nutz und frommen genissen möge, welchs gott wolle geneidigt firbehütten. Solchs von der ander seit zuvorkommen und, damit wir nichts nachlassen, was zur verhinderung dieses seines firhabens bequemen mocht, haben wir von stund an befohlen, die heuser, stette, porten, überfir und alle firten in die cron wol zu bewachen und sonst ander ding daneben nicht nachgelassen, damit an unserm wachen oder firsorge kein mangel sei zu spüren. In welchen wochen über alles, was uns sonst von da und dort von diesem<sup>g)</sup> meister zum ohren kompt, werden wir dadurch zum fleissigen aufsehen vermanet, das in dieser verloffener zeit der keiser seine liebe an uns geschrieben, vielleicht uns damit zu verwarnen, und sich erboten, uns mit demselben meister freundlich zu vertragen, wo uns solchs<sup>h)</sup> anders gefallen woldt, wie dan solchs Eur Liebden aus der copei des keisers

seiner lieben schreiben weitleuftigen zu vernemen haben. Weil wir aber in allen sachen, so die crone angehen, nicht gewonet, etwas ohne unsere rethe firzunemen, derhalben auch diesen handel, davon uns der keiser seine liebe thun schreiben, Eur Liebden zu schicken und auferlegen, Eur Liebden uns einen gesunden und getrewen rath hierinne wollen mitteilen, was uns darin zu thun und was wir dem keiser seiner liebe wiederumb zur antwort darauf zu schreiben. Factura pro officio suo et gratia nostra. Datum Grodno, 8 die Ma[ii] anno domini MDLXVIII, regni nostri XXXIX.

- a) *in margine.*
- b) *ex alio correctum.*
- c) *sequitur expunctum:* Landte
- d) *in ms. alters supra lineam scriptum.*
- e) *in margine.*
- 1) *Maximilianus II.*
- f) *sequitur littera: s vel f expuncta.*
- g) *sequitur aliquod verbum illegibile expunctum.*
- h) *suprascriptum pro expuncto: sunst*

N. 1119.

Grodnae, 5.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Valentinum Lewicki seu Szczuka commendat, ut in recuperanda hereditate quadam sua adiuvetur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: exemplum litterarum Valentini Lewicki ad regem)  
H B A, B 1, K.323.

N. 1120.

Grodnae, 5.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
Valentinum Lewicki seu Szczuka commendat, ut in N. praecedenti.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1121.

Grodnae, 7.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterae credentiales pro Ioanne Stużewski, Ioanne Kostka et Ioanne Demetrio Solikowski.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.  
  
Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.

Commisimus Magnifico et Generosis Ioanni a Sluzewo, Palatino Brzestensi et Coninensi Miedzirzecensique Capitaneo, Ioanni Kostka de Sternbergk, Castellano Gedanensi, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurario, ac Pucensi Dersoviensique Capitaneo, Ioanni Demetrio Sulikowski, Secretario nostro, ut ad Illustritatem Vestram nomine nostro referant ea, quae e mandato nostro ad Ducatus illius tranquillitatem et Rempublicam Regni nostri pertinere videbuntur. Hortamus itaque Illustritatem Vestram, ut illis in omnibus fidem integrum adhibeat et ad ea, quae ex illis intellexerit, voluntatem et studium suum applicet. Datum Grodnae, die VII Iunii, anno Domini MDLXVIII, Regni nostri XXXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1122.

Grodnae 7.VI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Ducatus Prussiae gubernatoribus*

*litterae fidei pro Ioanne Ślużewski, palatino Brzestensi, Ioanne Kostka, castellano Gedanensi, et Ioanne Demetrio Solikowski, ut in N. praecedenti.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

N. 1123.

Grodnae, 8.VI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*ne limites iam antea a commissariis patris sui constitutos iterum constitui patiatur.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Nepos noster Charissime.*

Perlatum est ad nos Commissarios quosdam literis Illustritatis Vestrae designatos esse ad constituendos limites inter villam Narzym, bona Generosi Nicolai Narzimski, Castellani Syeprczensis, et villam Kresini, ad praefecturam Dzialdoviensem ditionis Illustritatis Vestrae pertinentem. Quae bona cum sint iam certis limitibus erectisque scopulis inter se distincta et Pallatinatu nostro Plocensi contigua, adduci non possumus ut credamus hanc novam distinctionem cum scitu et voluntate Illustritatis Vestrae fieri.

Cum ea res et foederibus nostris et praedicto Senatori nostro, de

nobis ac Republica nostra sane merito, maximum afferat praeiuditium, Illustritatem autem Vestram ita se in hac tenera indolle<sup>z)</sup> sua composituram arbitramur, ut nihil eiusmodi admittat, quod vel cum iniuria subditorum nostrorum coniunctum esse, vel foederibus Regni, quae subditorum nostrorum possessiones in Ducatu Illustritatis Vestrae sartas tectas esse volunt, adversari videatur, quam ob rem ab Illustritate Vestra petimus, mandet his Commissariis ut ne quid ea in re attentare audeant, donec Illustritas Vestra ex praedicto Castellano Szieprensi cerciorem rei positionem intelligat. Cui ut se Illustritas Vestra benignam et faventem exhibeat ac limites praedictorum bonorum illius Narzym, iam dudum per Commissarios Illustris olim parentis Illustritatis Vestrae constitutos, in vigore conservet, maiores in modum postulamus. Rem nobis in eo faciet gratissimam et a nobis similibus officiis refferendam. Cum iis Illustritatem Vestram bene foeliciterque valere ac omni genere foelicitatis florere cupimus. Datum Grodnae, die VIII mensis Iunii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri XXXIX.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

z) sic in ms.

N. 1124.

Grodnae, 8.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Joanne Waieklicki (in ms. Waziekliczki), ut ei milites desertores restituantur.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1125.

Grodnae 9.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
ut adventum commissariorum suorum ad conventum Heiligbeilensem  
expectent, neque sine iis Comitia celebrant.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

Sigismundus Augustus etc.

Generosi et Strenui, syncere nobis dilecti.

Multis et magnis negotiis Reipublicae occupati non potuimus ea, quae pertinebant ad instructionem Oratorum et Commissariorum nostrorum, ad conventum hunc Heiligbeilensem expedire. Expediemus autem profecto cras aut perendie. Quare hortamur Synceritates Vestras, ut adventum horum Commissariorum nostrorum aliquantisper expectent, neque sine iis negotia comititalia administrent. Aderunt enim propediem

et adferent ea, quae ad salutem ac tranquillitatem huius Ducatus pertinere videbuntur. Datum Grodnae, die IX mensis Iunii, anno Domini MDLXVIII, Regni nostri XXXIX.

Ad Mandatum Sacrae Regiae Maiestatis proprium.

N. 1126.

Grodnae 9.VI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
ducis in Prussia [Alberti Friderici] consiliariis et tutoribus  
pro Ioanne Gótyński, subdito suo, ut ei reddantur coloni profugi, cum  
uxoribus et bonis a quodam Paczołtowski, subdito ducis, abducti.  
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.323.

N. 1127.

Grodnae, 16.VI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
ducis in Prussia [Alberti Friderici] consiliarii  
pro Melchiore Szemiot (in ms. Schemiott), castellano Samogitiae, ut ei  
frumentum a Ditrichio Pokomer, capitaneo Ragnetensi, et Andrea  
Buchner, consule Tilsensi, in litore fluvii Niemen detentum reddatur.  
(m.p. regis subscriptum)*

Sigill. VIIa

H B A, B 1, K.323.

N. 1128.

Grodnae 27.VI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ne subditos suos a Paulo Wobesero ad iudicium Camerae Imperialis ci-  
tatos illic se sistere patiatur, neve ipse ullam aliam iurisdictionem  
praeterquam regis Poloniae agnoscat.*

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.323.

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

*Intelleximus aliquot subditos ex Ducatu Prussiae, Illustritati Vestrae  
iure feudi et nobis iure supremi dominii subiectos, citationibus quibus-  
dam neque usitatis neque legitimis a Camera Imperiali Spirensi, extra  
tribunal nostrum, ad instantiam Pauli Wobseri evocatos esse ipsumque  
etiam Illustrum quondam Principem Dominum Albertum in Prussia Du-  
cem, patrem Illustritatis Vestrae, evocatum fuisse. Quae res cum nos  
superioritatemque nostram, quam iure proprietatis et directi dominii  
in terras Prussiae ab antiquo obtainemus, magnopere offenderet, scripse-*

ramus confestim ad Illustrem parentem Illustritatis Vestrae sub gravissima interminatione nostra, ne se ad diem dictum Spirae ulla ratione sistat, neve subditos suos sistere se patiatur, sed memor debitae fidei et subiectionis erga nos Regnumque nostrum nullum aliud tribunal praeter nostrum, tam sibi quam subditis suis ex Ducatu Prussiae, pro legitimo et ordinario agnoscat. Cui quidem edicto ac mandato nostro Illustritas eius, dum vixit, et libenter et necessario paruit.

Nunc eo defuncto, cum administratio Ducatus illius ad Illustritatem Vestram sit iure et ratione feudi devoluta, etsi citatio, qua Illustris parentes Illustritatis Vestrae Spiram evocatus fuit, morte ipsius evanuerit, tamen cum plerique alii subditi Illustritatis Vestrae supersint, qui eiusdemmodi citationibus ad eandem Cameram sint evocati, admonendam esse Illustritatem Vestram existimavimus, mandantes serio et graviter ex iure superioritatis nostrae Illustritati Vestrae, sub amissione eius feudi, quod nostro divorumque maiorum nostrorum beneficio in Prussia obtinet, ne quam aliam praeterquam nostram iurisdictionem in Prussia agnoscat, neve ipsa ipsiusve subditi quicunque apud ullum aliud tribunal praeterquam nostrum ratione provinciae Prutenicae vel earum rerum, quae in illa provincia aguntur, comparere, aut usquam alibi quam apud nos causam dicere atque iudicialiter respondere praesumant, neve citationes, edicta, mandata cuiusquam praeterquam nostra et Serenissimorum successorum nostrorum pro legitimis agnoscere quoctunque modo, directe vel indirecete, audeant. Nos enim et nunc quidem Paulo huic Wobsero, et aliis deinceps de Illustritate Vestra subditisve ipsius ius postulantibus, ius libenter dicturi Illustritatemque Vestram et subditos omnes ipsius ab omni alia iurisdictione legitimis et omnibus aliis Maiestate nostra dignis rationibus vindicaturi sumus. Ipsa modo a voluntate nostra et a debito officio suo non recedat, pro honore suo et amplificatione regiae benevolentiae nostrae, necnon sub poena amissionis feudi suprascripta. Datum Grodnae, die XXVII Iunii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri XXXIX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1129.

Grodnae, 27.VI.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Ducatus Prussiae  
eos admonet. ne a Wobesero ad iudicium Camerae Imperialis citati illuc  
compareant, neve ullam aliam quam suam ipsius iurisdictionem  
agnoscant.

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

Sigismundus Augustus etc.

Magnificis, Generosis, Strenuis, Egregiis, Nobilibus, Spectabilibus et Famatis Volfio a Creycen, Andreao Pakmer, Ioanni Iacobo Thrushses, Ioanni a Creicen, Christophero a Creicen, Friderico a Canicz, Alexandro Rauschken, Nicolao Sparwein, Casparo Sak, Doctori Christophero Ionae, Casparo Dargitz, Alberto Truchses de Veczhausen, Casparo Fasolt, Abraamo de Don, Georgio de Greben, Bastiano Kobersehe, Melchiori Leske-

wange, Ioanni Gablitz, Casparo Neffel, Bartolomeo Ioanni Ungerman, Tomae Richter, Vendelino Hoffmeister, Georgio Werner, Ioanni de Lobe Glogan, Vilhelmo Plato, Gregorio Wolmeser, Friderich Montfart, Michaeli Muller, Hieronymo Kessler, Blasio Blebicz, Adamo Heidenreich, Eliae Reichenau, Ioanni Vestpheling, Ioanni Alberto Canicz, subditis nostris ex terris Illustri Domino Prussiae Duci subiectis, syncere et fidelibus nobis dilectis.

Magnifici, Generosi, Strenui, Egregii, Nobiles, Spectabiles et Famati, syncere et Fideles nobis dilecti.

Intelleximus Synceritates et Fidelitates Vestras, et fortassis plerosque alios, citationibus quibusdam ad instantiam Pauli Vobseri ad Iudicium Cameræ Imperialis Spirensis evocatos esse, praefixo ac constituto termino comparendi, qui etiamnum durat. Ac non dubitamus nos quidem Synceritates et Fidelitates Vestras, memores fidei et officii sui erga nos Regnumque nostrum, quod iam inde ab omni hominum memoria supremam auctoritatem et potestatem in omnes Prussiae terras perpetuo obtinuit, ita se gesturos in hoc negocio esse, ut ne quod praejudicium eiusmodi nostrae Regnique nostri in terras Prussiae superioritati attulisse videantur.

Verum cum agatur in eo res magna et magnopere ad dignitatem et auctoritatem nostram Regnique nostri pertinens, etsi antea quoque tam Illustri Principi nuper defuncto, quam ipsis Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris diligenter mandaveramus, ne quam aliam praeterquam nostram iurisdictionem supremam in Prussia agnoscant, neve cuiusquam alterius aedictis,<sup>z)</sup> mandatis, citationibus praeterquam nostris pareant, tamen mortuo nuper Illustri Domino Duce et successione illius feudi ad Illustrum filium ipsius nuper devoluta, iterum atque iterum admonendas esse officii sui Synceritates et Fidelitates Vestras existimavimus, quod quidem praesentibus literis nostris facimus, mandantes serio et graviter, sub amissione honoris et bonorum omnium confiscatione, ne apud dictam Cameram apudve ullum aliud quam apud nostrum iudicium compareant, neque aliam ullam quam nostram, vel quae a nostra profecta fuerit, iurisdictionem agnoscant, uti de eo ad ipsum quoque Illustrum Dominum Ducem diligenter admodum scripsimus. Nos autem sicut Synceritates et Fidelitates Vestras omnes et singulas necessitate hac comparendi apud iudices extraneos liberamus, ita eas ab omni impetitione eiusmodi dignis Maiestate nostra rationibus vindicaturi sumus. Facturae pro fide sua et gratia nostra et sub poenis suprascriptis. Datum Grodnae, die XXVII Iunii, anno Domini MDLXVIII, Regni vero nostri XXXIX.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscrpsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

N. 1130.

Grodnae, 1.VII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
ducis in Prussia [Alberti Friderici] consiliariis  
pro fratribus Wietwiński, qui ab annis tredecim ius suum ad certas villas,  
in districtu Hagensteinensi sitas, consequi non possunt.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.323.

N. 1131.

Grodnae, 1.VII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus et consiliariis  
pro fratribus Wietwiński, ut in N. praecedenti.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

N. 1132.

Grodnae, 1.VII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro fratribus Wietwiński, ut in N.N. praecedentibus.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

N. 1133.

Grodnae, 8.VII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Ioanne (Stanislao?) Goliński (Gołyński?) ducis subdito, ut ei iustitia  
de Ioanne Wilamowski, a quo iniurias aliquas passus est. admini-  
stretur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.*

*(Annexa: supplicatio eiusdem Goliński ad regem polonice et ger-  
manice scripta)*

*H B A, B 1, K.323.*

N. 1134.

Grodnae, 8.VII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Ioanne Goliński, ut in N. praecedenti.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

Grodnae, 10.VII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
statibus et ordinibus Ducatus Prussiae  
pro tot tantisque beneficiis a se et a duce demortuo acceptis ingratos  
se exhibuisse eos accusat.  
Sigill. VIIa.  
(Adest versio germanica)  
H B A, B 1, K.323.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Magnifici, Generosi, Nobiles, Spectabiles et Famati, sincere et Fideles nobis dilecti.*

*Existimabamus pro tot nostris simulque Illustris Domini Ducis demortui erga vos officiis ac beneficiis, quibus ab utrisque nobis cum alias, tum proximis aliquot istis annis affecti estis, magnam nos gratiam a vobis reportatueros fuisse. Quam etiam opinionem nostram ex re ipsa natam auxerant postea et literae Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum ad nos scriptae, et ea promissa, quae istic, praesente Domino Duce demortuo, sollemniter facta fuisse perhibentur. Nunc ex indiciis quibusdam non obscuris intelligimus Synceritates et Fidelitates Vestras, adeptas beneficio nostro id, quod concupierunt, non modo nullam referenda gratiae cogitationem suscipere, sed ea etiam, quae publice promissa ac pacta nobis fuerunt, rescindere ac in nihilum redigere conari. Quae res quoniam nobis sane verisimilis esse non videatur, idcirco siquidem ita se haberet, magna nos admiratione adficeret.*

*Itaque etsi nos quidem ea, quae Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris tribuimus, ex mera gratia nostra tribuimus, nec in ea benignitate nostra ullam praemiorum spem secuti sumus, rati id, quod est, in ipsa beneficentia abunde mercedis esse, a qua sententia nullius hominis ingratus erga nos animus nos unquam dimovebit, tamen quoniam ad constantiam et perpetuitatem eorum beneficiorum, quae vos ac reliqui terrarum illarum Ordines a nobis percepistis, atque adeo ad solidam illorum voluptatem magnopere pertinet, gratos vos et esse et videri constantiamque et veritatem dictorum et factorum p[re]ae se ferre, providendum sane vobis esse existimamus, ne, id quod dicitur proverbio, ab ingratissima beneficia auferantur. Atque id sane magis etiam propemodum Illustris Domini Ducis superstitis, quam nostra causa scribimus. Etsi enim ne nobis quidem ipsis ingratus et promissis inanibus contaminatus animus placere potest, tamen nos quidem quod attinet, iniuriam nostram dissimulare non possumus, in filio autem Ducis benemeriti superstite et nunc primum ad patris gubernacula accedente nullam significationem fieri gratae vestrae voluntatis, videant Synceritates et Fidelitates Vestrae, ne res maior sit, quam ut a nobis aequo animo ferri posse videatur. Datum Grodnae, die decima Iulii, anno Domini MDLXVIII, Regni nostri XXXIX.*

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 1136.

Cnissini, 24.VII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
in Prussia ducis [Alberti Friderici] tutoribus  
pro Thoma ab Embden, ut ei iustitia ministretur.

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1137.

Cnissini, 12.VIII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Francisco Miller, cive Gedanensi, ut ei debitum a nuper defuncta  
ducissa in Prussia contractum ("duorum millium florenorum Ioachi-  
micorum"), persolvatur.

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1138.

Grodnae, 13.VIII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Casparo Sempłowski, ut ei iustitia ministretur.

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1139.

Grodnae, 13.VIII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Ducatus Prussiae  
pro Casparo Sempłowski, ut ei iustitia ministretur (textus fere identicus  
ac praecedens).

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1140.

Cnissini, 14.VIII.1568.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro nobilibus Stawłowszczy (in ms. Stawłoszcz), causam cum Casparo Lu-  
dorff, curiae ducis magistro, habentibus.

Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.

N. 1141.

Cnissini. 15.VIII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Gertrude Bogner, vidua Anthonii Bogner, cive Regiomontana, cau-  
sam cum Urbano Bogner, mariti sui fratre, de debitis habente.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1142.

Varsaviae, 13.IX.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de duobus mercatoribus Lomzensibus prope oppidum Olsztyn (in ms.  
Olstin) trucidatis, pecunia illorum ablata.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1143.

Varsaviae, 17.IX.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Samsone Radowicki, ut ei rescripta quaedam authentica ex actis  
seu Metrica ducis expromere liceat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: exempl. supplicationis eiusdem Radowicki ad regem)  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1144.

Varsaviae, 17.IX.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae consiliariis  
pro Samsone Radowicki, ut in N. praecedenti.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1145.

Varsaviae, 21.IX.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Melchiore Pruski.*

(*m.p. regis subscriptum*)

*Sigill. VIIa.*

(*Annexum: supplicatio eiusdem Pruski germanice scripta ad regem*)  
*H B A, B 1, K.323.*

N. 1146.

Varsaviae, 22.IX.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Bartholomaeo Rhab, cive Caunensi, cuius siligo a quibusdam Regio-  
montanis arrestatione detinetur.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VI.*

(*Annexum: supplicatio eiusdem Rhab ad regem germanice scripta*)  
*H B A, B 1, K.323.*

N. 1147.

Varsaviae, 17.XI.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Francisco Miller, cive Gedanensi, ut ei debitum restituatur a ducissa  
nuper mortua ab ipso olim contractum.  
Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.323.*

N. 1148.

Varsaviae, 1.XII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
responsum se dedisse per Venceslaum Schack, internuntium ducis, si-  
gnificat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII sine inscript.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1149.

Varsaviae, 1.XII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
ut in N. praecedenti.*

*Sigill. VIII sine inscript.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1150.

Woin, 20.XII.1568.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
de sale arrestato.*

*(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII sine inscript.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1151.

Linciae, 27.XII.1568.

*Catharina regina Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro litteris de 2.X. gratias agit; Achatium burgrabium a Dohna (in ms.  
Dhon) se audivisse nuntiat, sed eum in causa feudi Franconici di-  
recte ad imperatorem Maximilianum II remisisse.  
(Germanice)*

*Sigill. XIII maius.  
H B A, B 1, K.323.*

N. 1152.

Lublini, 18.I.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
diem ad homagium sibi a duce praestandum sextam Martii Lublini statuit.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

*Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Nepos noster Charissime, salutem ac omnium prosperorum  
successum incrementum.*

*Intelleximus ex literis atque ex Nuncio Illustritatis Vestrae magna  
Illustritatem Vestram cupiditate teneri, ut parente Illustritatis Vestrae  
vita defuncto more maiorum nobis Regnoque nostro debitam fidei atque*

subiectionis significationem quam primum patefaciat. Quam rem nos ex animo prompto ac sincero profectam existimantes, gratae ac benevole acceptimus. Hortamurque Illustratatem Vestram, ut ad diem sextam Martii Lublinum (qua in urbe nos Comitiorum causa substitimus) ipsam veniat et homagium,<sup>a)</sup> hominum frequentia et omnium Ordinum conventu, nobis ac ditioni nostrae debitum praestet. Datum Lublini, XVIII Ianuarii, anno Domini MDLXVIIII, Regni vero nostri XXXVIIII.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) sequitur verbum expunctum, forsitan: in b)-c) manu propria.  
vel cum

N. 1153.

Lublini, 22.II.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
pro Bernardo Butner, cive Caunensi, causam quandam coram tribunali  
ducis habente.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.

N. 1154.

Lublini, 7.III.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
ut in persolvendis debitis defuncti ducis Alberti prudentiam et cautelam  
exhibeant, ne pro certis et veris incerta et ficta debita persolvant.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.

Sigismundus Augustus etc.

Magnifici et Generosi, syncere et Fideles nobis dilecti.

Intelleximus homines quosdam non paucos hoc tempore ab Illustri in Prussia Duce, nepote nostro charissimo, debita quam plurima erigere idque sub colore syngrapharum aliarumque obligationum ab Illustri defuncto illius parente obtentarum, quas se habere iactitant. Etsi autem non dubitamus, quin Synceritates et Fidelitates Vestrae pro fide et officio suo in persolvendis eiusmodi debitis delectum discretionemque habituree omnemque diligentiam adhibiturae sint, ne dubia et non satis liquidata pro veris et liquidatis persolvantur, admonendas tamen eas putavimus postulantes, ut, si qui credidores debita exegerint, diligenter in primis, unde et quo tempore quique contractus, aut in quem finem conversus, liquidus an suspectus sit, inquirant. Denique ita hac in re procedant, ne dum incerta et suspecta debita pro liquidis et certis persolvuntur, Illustritas eius detimenti quid capiat. Alter pro gratia nostra et debito officii sui non facturae. Datum Lublini, die VII Martii, anno Domini MDLXIX, Regni nostri anno XL.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

N. 1155.

Lublini, 11.III.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
se per legatos Wolffium a Kreitzen et Venceslaum Schack respondisse  
nuntiat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1156.

Lublini, 14.III.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de libera facultate Iudeis regiis cum subditis ducis mercaturas exer-  
cendi concedenda.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

Sigismundus Augustus etc.  
Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.  
Quemadmodum petieramus aliquoties ab Illustri olim Principe Do-  
mino Alberto in Prussia Duce etc., parente Maiestatis<sup>z)</sup> Vestrae, ut  
Iudeis, subditis nostris ex dominiis nostris, facultatem liberam exercen-  
dae negociationis et mercatura in ditione sua concederet, qui saepius  
coram nobis queruntur turbari se atque adeo molestari in huiusmodi  
sua mercatura a Praefectis et Magistratibus Illustritatis Vestrae, ita quo-  
que hoc tempore ab Illustritate Vestra postulamus, ut, quandoquidem  
iam in eo genere facilem se Illustritas Vestra praebere eamque facul-  
tatem illis ad tempus, quo de voluntate nostra ea de re certius edocta  
fuerit, concedere dignata est, efficiat iam tandem autoritate sua, quo  
possint ii Iudei, subditi nostri, sine ulla contradictione quorumcunque  
subditorum Illustritatis Vestrae libere et tuto in ditione illius versari  
et negotiationem huiusmodi cum subditis eiusdem Illustritatis Vestrae  
peragere.

Neque patiatur eos amplius eiusmodi iniuriis et damnis a Praefectis  
locorum et caeteris subditis suis affici, sed eam illis facultatem conces-  
sam publice et severo edicto suo in ditione sua edici faciat, ut ea liber-  
tate, qua et caeteri subditi nostri gaudent, gaudere queant. Non dubi-  
tamus Illustritatem Vestram id nostra causa facturam, uti rem et iustum  
et rationi accommodatam. Quod vicissim subditi Illustritatis Vestrae in  
Regno et dominiis nostris experientur. Illustritatem Vestram bene valere  
cupimus. Datum Lublini, die XIIII mensis Martii, anno Domini MDLXIX,  
Regni vero nostri XL.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

N. 1157.

Lublini, 20.III.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Aarone Iudeo.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.324.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

Expositum est nobis gravi in querela nomine Aaronis, Iudeei et subditi nostri, quod licet ipse literas passus, ut vocant, quo possit tuto et secure in ditionibus Illustritatis Vestrae versari, ab Illustritate Vestra obtinuerit, tamen nonnulli subditi Illustritatis Vestrae de oppido Knypawa, eo non attento, in grave vilipendium literarum mandati Illustritatis Vestrae, eundem Iudeum magnis damnis, iniuriis et verberibus affecerunt. Postulamus itaque ab Illustritate Vestra, quatenus dicto Aaroni de praefatis Illustritatis Vestrae de predicto oppido Knypawa subditis iustitiam indilatam administrare velit efficiatque, ut damna sibi per eos illata illi resarciantur. Non dubitamus Illustritatem Vestram id nostra causa facturam. Quam bene valere cupimus. Datum Lublini, XX mensis Martii, anno Domini MDLXIX, Regni nostri XLmo.

Ex propria Sacrae Regiae Maiestatis commissione.

N. 1158.

Lublini, 21.III.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Valentino Szczuka, ut ei ius ad bona haereditaria recognoscatur.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.324.*

N. 1159.

Lublini, 27.III.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de homagio die 1 Maii Lublini praestando; de conatibus Ioannis ducis  
Megapolensis; de investitura feudi Franconici petenda.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.324.*

*Iam ed. Dogiel IV, CCLVIII.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Nepos noster Charissime.*

Quod superioribus diebus ex responso Illustritatis Vestrae Internuntiis dato putamus Illustritatem Vestram intellexisse, id etiam nunc

Illustritati Vestrae a nobis existimavimus perscribi oportere, nimurum distulisse nos adventum Illustritatis Vestrae gravibus et necessariis de causis ad diem primam Maii, locumque homagio praestando ac celebrando civitatem Lublinum assignavisse. Quam ob rem hortamur Illustritatem Vestram, ut ad eam diem Lublinum veniat ac homagium nobis Regnoque nostro debitum more maiorum praestet. Caeterum, quod quaerit Illustritas Vestra, armatus-ne ac magno hominum comitatu advenire beat, etsi eam rem in potestate atque arbitrio Illustritati Vestrae relinquimus, minus tamen id esse necessarium arbitramur, quam fuit olim piae memoriae Illustritatis Vestrae patri, qui et ea iam aetate fuit, cum hoc ipsum homagium praestaret, ut nulli potius rei quam militari intentus esse deberet, et iis rebus gestis, ut non tam ipse armis, quam eo ipso arma honestarentur. Cum autem ad nos hoc tempore tanta undique hominum multitudo confluat, ut eam sit locus, in quo degimus, vix possit capere, alienum certe a ratione videri posset, si Illustritas Vestra ad nos, qui hanc ipsam filii charissimi loco habemus, armis munita et magnis militum praesidiis circumsepta veniat.

Grata est nobis maiorem in modum opera Illustritatis Vestrae, quam posuit in certioribus nobis reddendis de conatibus Ioannis Ducis Megapolensis. Quos quidem sic opprimi facile posse existimamus, si ad nostram diligentiam, quam magnam in iis rebus investigandis ac perquirendis adhibemus et in posterum adhibituri sumus, Illustritatis Vestrae quoque studium atque sedulitas accesserit. Ac in primis si operam dederit Illustritas Vestra, ut arcis ac munitiones militum praesidiis firmentur, tum ut militibus praeficiantur viri probi et ad res gerendas idonei, postremo ut constituantur, qui eiusmodi milites observent transitumque prohibeant. De qua re quoque et ad Illustres Pomeraniae Duces<sup>1)</sup> et ad Gedanenses, Elbingenses, Torunenses literas nostras propediem missuri sumus.

Iam vero quod ad investituram feudi Franconici attinet, non denegamus Illustritati Vestrae eius a Majestate Caesarea<sup>2)</sup> petendae atque obtinendae facultatem. Quod reliquum est, cupimus Illustritatem Vestram bene ac feliciter valere. Datum Lublini, die XXVII mensis Martii, anno Domini MDLXIX, Regni nostri XL.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

1) Barnim IX et Ioannes Fridericus cum fratribus.

2) Maximilianus II.

N. 1160.

Linciae, 14.IV.1569.

Catharina regina Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Nicolao Burski intercedit, ut, propter fidelia servitia in aula sua olim  
praestita, a certis oneribus liberari et munus tabellarii vel aliquod  
aliud obtinere possit.  
(Germanice)

Sigill. XIII maius.

H B A, B 1, K.324.

N. 1161.

Lublini, 8.V.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Paulo Szedlinski (sic in ms.), ut illi munimenta quaedam ex libris  
originalibus in Prussia dux extradi curet.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1162.

Grodnae, 26.V.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro nobilibus Stanislao et Alberto, Pauli de Glinki filiis, quibus causa  
cum praefecto Licensi (Elcensi) in Ducatu Prussiae intercedit.  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: supplex libellus eorundem fratrum de Glinki ad regem)  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1163.

Lublini, 19.VII.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
universis  
privilegium Lublinense de concessione confessionis Augustanae et re-  
strictione appellationum ad regem tribunalque regium.  
(Exemplar)  
H B A, B 1, K.324.*

*Iam ed. Dogiel, Cod. dipl. IV, 1764, N. 247; S. et H. Dolezel: Staatsver-  
träge, p. 81, 16.*

Privilegium Lublinense de Augustanae Confessionis concessionē<sup>a)</sup> et  
restrictione appellationis etc.

Sigismundus Augustus etc. Cum titulo.

Significamus tenore<sup>b)</sup> praesentium, quorum interest, universis et singulis,  
quod cum ab Illustri Principe Domino Alberto Friderico Marchione  
Brandenburgensi et in Prussia Duce etc., nepote nostro charissimo, et a  
Suae Celsitudinis Consiliariis intellexissemus universos Ordines Ducatus  
Prussiae in eam doctrinam religionis, quae communi consensu Senioris

Ducis piae memoriae omniumque Illustritatis Suae subditorum iuxta formulam Augustanae Confessionis et Apologiae eiusdem recepta et publicata est, consensisse, ob eam rem multis et gravibus causis adducti, Illustrum Dominum in Prussia Ducem omnesque Suae Illustritatis subditos et universam ditionem in hac ipsa doctrina religionis clementer conservare statuimus, sicuti et praesentibus literis nostris nos conservaturos in posterum pro nobis et successoribus nostris, Poloniae Regibus, in verbo regio promittimus ac pollicemur, ea tamen conditione, ut Augustanae Confessionis doctrina incorrupte servata omnia alia peregrina dogmata et haeresium genera, quae post Augustanam Confessionem exorta sunt quaeque ab ea sunt aliena, non modo non ferantur, sed penitus prohibeantur et aboleantur.

Neque vero levioribus causis adducti, precibus Illustritatis Suae acquiescendum esse statuimus, quibus a nobis sollicite atque enixe contendit, ut diuturnae controversiae illi de appellatione ad nos tribunalque nostrum ex Ducatu Prussiae deferenda finem aliquando imponere dignarremur. Qua de re cum utrinque diu disceptatum inter nos esset, tandem adducti sumus, ut nos pro amore, gratia et benevolentia nostra benigne in hoc consentiremus, sicut et auctoritate praesentis diplomatis nostri pro nobis et Serenissimis<sup>c)</sup> successoribus nostris, Poloniae Regibus, consentimus et volumus, ne ab Illustritate Sua ad nos tribunalque nostrum regium ullae aliae per appellationem causae toto vitae Illustris Domini in Prussia Ducis moderni tempore devolvantur, quam eae, quae infra scriptae sunt:

Nimirum quando Dux ipse nullo iure, sed manifesta et notoria violencia aliquem ex nobilitate vel in corpore, vel in honore, vel in bonis et facultatibus suis enormiter laedit, nec ullum ei ius administrare, nec causam eius legitimae cognitioni iuxta pacta permittere vult.

Deinde quando cum privatis litem exercendo, nobiles contra legittimum et usu receptum ordinem atque processum iudiciarium per praeposterationem aut praecipitantiam, quae recte noverca iustitiae appellatur, notorie<sup>d)</sup> gravantur aut iniuria afficiuntur.

Postremo quando in privatis litibus pro revisione actorum supplicantibus, aut ad iudicium Parium Curiae iuxta pacta provocantes, non exaudiuntur.

In plebeiorum autem causis nullam ad nos tribunalque nostrum regium appellationem fieri volumus, sed si plebei aliqua in re per sententiam Illustris Domini Ducis se laeos existimaverint, eam vel consueto modo supplicandi ad revisionem actorum et reformationem sententiae in melius, vel ordine in pactis praescripto per provocationem ad Pares Curiae prosequantur.

Quod si neque supplicando, neque provocando ad Pares Curiae exaudiuntur, tum demum illis<sup>e)</sup> via ad nos tribunalque nostrum regium pateat. Quibus omnibus et singulis ut maiorem fidem atque auctoritatem attribuamus, praesentes literas nostras manu nostra subscrisimus et sigillo nostro communiri mandavimus. Datae Lublini in Conventione Generali, anno 1569.\*

a) *in ms. concessione*

d) *notorie scriptum in margine pro expuncto: nostrae*

b) *in ms. terrore*

e) *in ms. demutis*

c) *in ms. Senerissimis*

\*) *Orig. in perg. (Arch. Region., Schiebl LXX, N. 1).*

Lublini, 24.VII.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
se Ioanni Boleman in mandatis dedisse, ut summam debiti 50000 aureo-  
rum nomine suo recipiat.  
Vest. sigilli IX maioris.  
H B A, B 1, K.324.

Sigmundt August etc.

Durchleuchtiger furst und herr, freundlicher gelibter öhm.

Wir fügen Eur Liebden hiemit gnediger wolmeinunge zu wissen, das wir dem edlen ehrenvesten unserm vertrawten diner und liben getrewen Hansen Boleman abgefertigt, die funftzigkthausent gulden, so uns Eur Liebden laut irer obligation zu erlegen vorschreiben, nehmlich itzt zehenthausest und auf negstcommende ostern viertzigkthausent gulden nebenst den schriften und allem, deme das in Eur Liebdenorschreibung enthalten, zu entpfangen. Thuen derwegen himit an Eur Liebden in genaden sinen und begeren, Eur Liebden wollen zu irer ersten godthelfenden ankunft die zehenthausest als auch auf ostern die viertzigkthausent gulden gemeldtem Hansen Boleman oder seinem befelhaber unde sonston niemandts anders, unangesehen irkeiner anderer brive, so diesen zugegen kunftig von uns vleicht ergehen möchten, unweigerlichen ohne verzugk erlegen unde bezahlen, auch die gemeldte schriften zustellen lassen. Weil wir aber itziger zeit unser gelegenheit nach nicht eine geringe summa geldes vonnöten, als theten uns Eur Liebden ein sondern angenehmen gefallen, da sie die viertzigkthausent gulden auch vor gemeldten termin und aufs erst als mueglich ime Hansen Boleman oder seinem befelhaber erlegeten, wie wir ime dan derwegen midt Eur Liebden zu tractieren auferlegt unde befolen. Was auch Eur Liebden midt ime schlissen, solchs wollen wir iderzeit nebenst seinen quiten fur kreftigk halten, annehmen und uns in genaden gefallen lassen. Doran geschicht unser gentzlicher unwandelbarer wille und zuvorlessige meinunge. Hiemit Eur Liebden dem ewigen Godt embfehlende. Datum zu Lublin, den vierundzwantzigsten July im thausentfunfhundertneunundsiechzigksten, unsers konigreichs im viertzigsten jahre.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

Lublini, 25.VII.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
regentibus Ducatus Prussiae  
de eadem re.

(Germ., m.p. regis subscriptum)

Sigill. IX maius.

H B A, B 1, K.324.

Lublini, 25.VII.1569.

*Ignotus, nomine regis Poloniae [Sigismundi Augusti]*

*Ducatus Prussiae gubernatoribus*

*pro Friderico Aulack, qui ob religionis diversitatem munere suo destinatus est.*

*(Exemplar)*

*H B A, B 1, K.324.*

Cum Sacra Regia Maiestas ex Gubernatoribus Ducatus Prussiae intellecterit Friderico Aulack<sup>a)</sup> nulla alia de causa, quam propter religionem, iuxta recessus Ducatus dimissionem datam esse, et Sacra Regia Maiestas hoc tempore inconsultam esse arbitretur, aliquid adversus praedictos recessus attentari et ipsum secundum petitionem eius restitu quod ea res incommodum aliquod paritura videatur. Quapropter Sacra Regia Maiestas suam de plenitudine potestatis Regiae interponendo autoritatem, talem in hac re modum servari debere censem, nempe ut Gubernatores cum praefato Friderico Aulack,<sup>a)</sup> propter fidelia illius Illustri in Prussia Duci bonae memoriae multis annis praestita servitia, de quibus Sacrae Regiae Maiestati satis constat, et ut huic<sup>z)</sup> suae dimissionis aliquam compensationem habeat, consimili ratione, qua cum aliis antehac egerunt, et cum ipso secundum aequum et bonum primo quoque tempore nullaque interposita mora transigant eaque in hac re moderatione utantur, ne ipsi, in quo nihil praeter religionis consensionem desiderari cognovimus haec dimissio ullo pacto ignominiae et detimento sit, sed ut non minus, quam alii fideles Illustris quondam in Prussia Duci servitores, suorum etiam servitorum fructum et solarium reportet.

Quod Sacra Regia Maiestas et ipsa committet, et tenore etiam praesentium de certa scientia spacialiter Gubernatoribus vult esse iniunctum. Quod ad pagum occupatum attinet, quoniam is vigore recessus Commisariorum suorum cassationi obnoxius est, remittit Sacra Regia Maiestas negotium hoc ad id tempus, quo Illustris hic in Prussia Dux ad gubernacula accesserit; ut tamen eo ipso tempore sicut aliorum, sic et saepedicti Friderici Aulak<sup>1)</sup> benigna ratio habeatur. Merlimus<sup>2)</sup> vero ut ea, quae sui sunt muneric sine perturbatione publica curet et a conviciis et maleficentia sibi temperet, providit iam et providebit etiam deinceps Sacra Regia Maiestas. Datum Lublini in Conventione Regni Generali, die vigesima quinta Iulii, anno Domini MDLXIX, Regni vero nostri<sup>z)</sup> anno XXXX.

a) sequuntur aliquae litterae expunctae.

1) Fridericus ab Aulack.

z) sic in ms.

2) Ioachimus Mörlin.

Lublini, 25.VII.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
in Prussia ducis consiliariis et regentibus  
pro Adamo Weinrich, civie Regiomontano.*

*(Subscriptum: Franciscus Krasinski Regni Poloniae Vicecancellarius)*

*(Exemplar)*

*H B A, B 1, K.324.*

N. 1168.

Lublini, 2.VIII.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
in Prussia ducis gubernatoribus et consiliariis  
pro Francisco Moeller, cive Gedanensi, ut ei debitum a duce olim Alberto  
to contractum persolvatur.  
(Subscriptum: Franciscus Crasinski Regni Poloniae Vicecancellarius)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.

N. 1169.

Lublini, 4.VIII.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae consiliariis  
de debito 58000 talerorum persolvendo.

Sigill. VIIa.  
(Cum annexo de eadem re et versione germanica)  
H B A, B 1, K.324.

Sigismundus Augustus etc.  
Generosi et Strenui, sincere nobis dilecti.

Conquesti sunt nobis Commissarii nostri terrarum Prussiae et Pomeraniae a Synceritatibus Vestris Camerae nostrae Commissarialis maximum esse damnum datum ob non factam sua die solutionem sortis quinquaginta octo millium talerorum, oportuneque admonuerunt damna illa indies augeri, quoad solutio integri debiti differtur, prout ex scriptis protestationum et rationum per dictos Commissarios nostros nobis exhibitis, quae his inseruimus intelligitis. Cum itaque et rebus nostris consultum et damno charissimi nepotis nostri, Illustris Prussiae Principis, diligenter prospectum et cautum esse velimus, ideo postulamus a Synceritatibus Vestris, ut mature tam de damnis datis, quam de residuo debiti memoratis Commissariis nostris satisfaciant, neque committant, ut sua mora et culpa et nobis et Illustri nepoti nostro damna cumulentur. Facient Synceritatem Vestram pro debito officii sui. Datum Lublini, die quarta mensis Augusti, anno Domini MDLXIX, Regni vero nostri anno XL.

Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae propria.

*Annexum:*

Item die herren Preuisischen regimentsräthe sein ufn Martini anno etc. 1568 zu erlegen schuldig gewesen, so die herren Constantin Ferber und Hanns von Kempen den herren koniglichen commissarien zu entpfangen überwiesen, nemlich A 33 g. Pol da. 58.000 lb. . . . .	fl. 63.800,—
welche fl. 63.800 von den herren regimentsrethen nicht erlegt zu rechter zeit, derhalben Rudiger Massaw wegen nicht erlegunge schaden geschlagen A 30 g. Pol. . . . .	fl. 11.000,—
Summa . . . . .	fl. 74.800,—

Nach haben wir uns über solichen geschlagenen schaden mit Rudiefern Massaw ferner vertragen müssen, der dann anderst nicht als 36 pro cento Interesse haben will. Auf obgedachte summa haben die herren regimentsräthe uff Trium Regum anno etc. 1569 zahlet 230 g. Pol. . . . .	fl. 25.000,—
also resten sie noch . . . . .	fl. 49.800,—
	Summa . . . . .
Darauf gebuehret sich interesse, wie Rudiger Massaw haben will, vor 1 halb jar 18 pro cento lb. . . . .	fl. 74.800,—
Summa in alles, so die herren regimentsräthe zahlen sollen: lb. . . . .	fl. 8.964,—
	fl. 58.764,—

N. 1170.

*Lublini, 9.VIII.1569.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
de sale regio a Regiomontanis arrestato.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1171.

*Lublini, 11.VIII.1569.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
petit salvum conductum pro Ioanne Majdowski de Gąsiory, subdito suo,  
ut is innocentiam suam probare et existimationem defendere possit.  
Sigill. VIIa.  
(m.p. regis subscriptum)  
(Annexa: supplicatio eiusdem Majdowski ad regem germanice scripta,  
et litterae salvi conductus a rege Ioanni Majdowski concessae, latine  
et germ.)  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1172.

*Lublini, 13.VIII.1569.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
proconsuli, consulibus, advocato et scabinis Regiomontanis  
pro Balthasaro Schleff, cive Regiomontano ut ei causam quandam cum  
certis Iudaeis sibi intercedentem prosequi liceat.  
(Exemplar)  
H B A, B 1, K.324.*

Cnissini, 1.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*Martinum Cromerum, canonicum Cracoviensem, in absentia cardinalis Stanislai Hosii administratorem episcopatus Varmiensis, commendat.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.324.*

*Iam ed.: Acta Podkanc. F. Krasińskiego, I, CXIII.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

Discedenti ex terris Prussiae et Episcopatu suo Varmiensi Reverendissimo in Christo Patri, Domino Stanislao Hosio, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali et Episcopo Varmensi, Romamque abeunti demandavimus curam rerum nostrarum nonnullarum ac negotiorum, quae nobis illuc intercedunt. Hic autem interea, dum is ab Episcopatu suo abest, permisimus illi, ut loco suo Venerabilem Martinum Cromerum, Sandomiriensem et Visliciensem Custodem ac Canonicum Cracoviensem et Secretarium nostrum, relinquaret Vicarium et Administratorem Episcopatus sui, cum plena facultate tam ecclesiasticae quam secularis iurisdictionis.

Etsi autem non dubitamus Illustritatem Vestram sponte sua Venerabilem Martinum Cromerum commendatum habere propter singularem ipsius probitatem et doctrinam, tum etiam quod is saepenumero in rebus Ducatus Prussiae non vulgarem tam nobis, quam ipsis parenti Illustritatis Vestrae, operam navavit apud Caesaream Maiestatem et Imperium, tamen ex superabundanti faciendum nobis esse existimavimus, ut eum etiam atque etiam Illustritati Vestrae hoc tempore commendaremus, postulantes ab Illustritate Vestra, ut cum eo bonae vicinitatis iura interim conservare, et si qua in re opem Illustritatis Vestrae imploraverit, uti multa plerumque in vicinia eiusmodi accidere consueverunt, eam illi non gravate quocumque tempore praestare velit. Factura nobis Illustritas Vestra rem gratissimam. Quae bene valeat. Datum Cnissini, die prima mensis Septembris, anno Domini MDLXIX, Regni nostri XL.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>*

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

Cnissini, 3.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Gothardo Golz, cive Regiomontano, Ioannis Kopff, mercium silvestrium in Magno Ducatu Lithuaniae procuratoris, adiutore, ut ab omnibus dationibus vel contributionibus immunis sit.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Vest. sigilli VIIa.*

*H B A, B 1, K.324.*

N. 1175.

Cnissini, 9.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro fratribus Wietwiński (Wieczwiński), causam habentibus ratione qua-  
rundam villarum cum Nicolao Schwartz (in ms. Szforcz), iudice  
Niedborensi.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Cum annexo: supplici libello eorundem Wietwiński ad regem)  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1176.

Cnissini, 12.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae consiliariis  
pro Martino Radzymiński, a Grobinensi Memelensique capitaneis et a  
praefectis Regiomontanis magnis affecto iniuriis.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VI.  
(Annexa: supplicatio eiusdem Radzymiński polonice scripta ad re-  
gem; alia supplicatio ad regem latine scripta contra Nicolaum  
Schwaertz, iudicem Nidboreensem)  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1177.

Cnissini, 15.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Nicolao Pęski et Ioanne Ślawski, subditis suis ex Podlachia, causam  
habentibus de bonis hereditariis cum subditis ducis, Alberto et Iacobo  
Zielczyński.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
(Annexum: supplicatio Nicolai Pęski et Ioannis Ślawski ad regem)  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1178.

Cnissini, 16.IX.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Ioanne Alberto Foller, servitore suo.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. IX maius.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1179.

Cnissini, 21.IX.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Joanne Wcieklicki, cui a quibusdam subditis ducis arma compluria.  
tam offensiva quam defensiva, adempta sunt.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa et vest. sigilli VIII (sic).

N. 1180.

Linciae, 25.IX.1569.

Catharina regina Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
subditum suum, Melchiorem Kreitzen (Kreuzen), commendat, qui pocil-  
latoris munere in aula sua per duos annos fungebatur, et nunc, paren-  
tibus eius ita desiderantibus, in patriam revertitur.  
(Germanice)  
Sigill. XIII maius.  
H B A, B 1, K.324.

N. 1181.

Cnissini, 12.X.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro nobili Joanne Paricz Bileński, qui negotium habet de successione cum  
uxore defuncti Matthiae Hecht, patrui sui.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
(Annexum: supplicatio eiusdem Paricz Bileński ad regem germanice  
scripta)  
H B A, B 1, K.324.

N. 1182.

Cnissini, 24.X.1569.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Anna vidua Melchioris Pruski, Vilnensi, cuius domus Regiomonti ille-  
gitime arresto subiecta est.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.

N. 1183.

Cnissini, 3.XI.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Nicolao Narzymski, castellano Sieprscensis, qui ratione quorundam  
limitum iam determinatorum a capitaneo Soldaviensi turbatur et mo-  
lestatur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1184.

Cnissini, 6.XI.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ut sal regium illegitime arrestatum Valentino Uberfeldt, secretario regio  
et mercium silvestrium Magni Ducatus Lithuaniae praefecto, resti-  
tuatur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1185.

Cnissini, 21.XI.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Petro Grajewski, aulico suo, ut ei, sicut et fratri eius Christophoro  
a defuncto duce Alberto factum est, contentatio quaedam ratione  
pecorum et expensarum fiat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

N. 1186.

Cnissini, 25.XI.1569.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
in causa praetensae hereditatis ducis Ioannis Alberti Megapolensis inter-  
nuntium ducis Prussiae expectat.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.324.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Nepos noster Charissime.

Ex literis Illustritatis Vestrae intelleximus postulare Illustrem Dominum Ioannem Albertum Ducem Megapolensem ab Illustritate Vestra per legatos suos certam haereditatem, ab obitu Illustris Domini olim in Prussia Ducis, parentis Illustritatis Vestrae, et ab uxore Illustritatis eius priore ad illius coniugem, sororem Illustritatis Vestrae, devolutam. Illustrissimum vero Ducem Electorem Saxoniae<sup>1)</sup> per literas suas urgere, ut servitori suo Petro Caesari ratione eius pecuniae, quam sibi ab Illustritate Vestra deberi praetendit, plane satisfiat; alioquin se Caesareae Maestati<sup>2)</sup> repressaliorum potestatem esse facturum. Esse praeterea alios, qui importune alia quoque debita exigant et Illustritati Vestrae negotium exhibeant.

Cum itaque Illustritas Vestra nobis inconsultis nihil in ea re sibi statuendum esse existimat, missuram se esse hac ipsa de causa ad nos Internuncium suum, ex quo haec negotia Illustritatis Vestrae planius ac uberiorius cognosceremus. Itaque quod ad haec ipsa negotia attinet, primum dolemus ex animo tot et tantas difficultates atque molestias Illustritati Vestrae non necessario exhiberi. Deinde ut iis rebus aliquod remedium praesens re melius intellecta et percepta reperiamus, assentimur Illustritati Vestrae, ut suum ad nos Internuncium cum eisdem mandatis mittat ac rem universam nobis plane patefaciat. Quam ubi plenius cognoverimus, nostrum amorem ac benevolentiam, ut in caeteris rebus, ita in ea quoque Illustritati Vestrae deesse non patiemur. Quam bene valere cupimus. Datum Cnyszini, XXV mensis Novembris, anno Domini MDLXIX, Regni vero nostri anno XXXX.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Augustus.

2) Maximilianus II.

N. 1187.

Linciae, 25.XI.1569.

Catharina regina Poloniae

Alberto Friderico in Prussia duci

pro Andrea Rosentritt.

(Germ., m.p. reginae subscriptum)

Sigill. XIII.

(Annexum: supplicatio Rosentritt ad reginam)

H B A, B 1, K.324.

N. 1188.

Varsaviae, 28.I.1570.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto Friderico in Prussia duci

pro Ambrosio Thoms, cive Regiomontano, ut ei damna quaedam recom-pensentur.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

(Annexum: supplicatio eiusdem Thoms (Thombs) ad regem)

H B A, B 1, K.325.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
consiliariis Ducatus Prussiae  
serio iniungit, ut Ambrosio Thoms (Tombs), civi Regiomontano, iustitiam  
indilatam reddant.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Generosi et Strenui, syncere nobis dilecti.*

Expositum est nobis gravi cum querela nomine Honesti Ambrosii Tombs, civis Regiomontani, quod cum causam illius ratione repressarium, ab Illustri quondam Domino Alberto Seniore Duce in Prussia etc. praepostere impetratorum, ad nos per viam supplicationis devolutam, re bene per Consiliarios nostros ad id negotii deputatos examinata et expensa, ad Pares Curiae remisissemus ac Synceritatibus Vestris per sponsum nostrum iniunxissemus, ut secundum promissa illorum damna praedicto Ambrosio recompensarent de eaque re cum ipso non iuridice, sed omnino absque iuris strepitu transigerent, aut certe huic ipsi Pares Curiae, qui rem totam cognoscerent, non denegarent, Synceritates tamen Vestras, nulla voluntatis et authoritatis nostrae, nulla etiam suorum promissorum ratione habita, Pares Curiae praedicto Ambrosio nondum dedisse, neque rem cum illo composuisse, neque penitus eidem iusticiam administrare velle, non secus ac si iisdem a nobis de hac ipsa re nihil quidquam ante iniunctum fuisse.

Quod quemadmodum graviter ac moleste ferimus, ita Synceritatibus Vestris serio iterum literis hisce nostris iniungimus atque mandamus, ut secundum pristinum mandatum nostrum vestramque pollicitationem dicto Ambrosio Tombs sine ulla mora, dilationibus, procrastinationibus saltem de principali summa, in actis clare et sufficienter demonstrata, plane satisfaciant aut certe ita cum illo transigant, ut nullam in posterum de Synceritatibus Vestris apud nos iustum causam conquerendi habeat. Et non attendentes ulla rescripta vel mandata nostra, si quae ex Cancellaria nostra extradita sint vel extradentur, his literis nostris contraria, voluntati huic nostrae et mandato expresso nulla interiecta mora obsequantur. Pro gratia nostra et debito officii sui secus non faciant. Datum Warszaviae, die prima mensis Februarii, anno Domini MDLXX, Regni nostri anno XXXX.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro vidua Eustachii Vogelwaider, ut ei quaedam pecunia persolvatur.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

N. 1191.

Varsaviae, 20.III.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ducem admonet, ne se inscio et ignaro tractatus ullos vel disputationes,  
ad res Ducatus Prussiae pertinentes, cum quopiam inire studeat.  
(Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasinskiego I, CCLXII).*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.325.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

Persuasum habemus Illustritatem Vestram probe meminisse, quam sedulo eam pro singulari nostra animi propensione antea hortati simus, ne vel tractatus vel disputationes ulla de rebus suis cum quopiam, cuiuscunque status et conditionis ille fuerit, citra scientiam consiliumque nostrum Illustritas Vestra susciperet. Tametsi vero nihil dubitemus Illustritatem Vestram id ipsum, uti decet, et fecisse hactenus et in posterum facturam diligenter, tamen cum cognovissemus esse plerosque, qui et per literas et per Nuncios suos cum Illustritate Vestra tractare conentur de rebus, tam ad nos Regnumque nostrum quam ad Illustritatem ipsam Vestram pertinentibus, non potuimus committere pro amore nostro erga Illustritatem Vestram, et eo iure, quod in ipsam, vel uti tutor vel uti feudi Dominus, obtinemus, quin Illustritatem Vestram denuo admoneremus, prout vigore harum praesentium admonemus postulamusque atque adeo serio iniungimus, ne de his rebus, quae et magni momenti sunt et tam ad nos, tanquam Dominum feudi Ducatus Prussiae, quam ad Illustritatem Vestram pertinere videntur, tractatus ullos suscipiat, sed omnes, cuiuscunque tandem status et conditionis existant, qui tractatus ullos cum Illustritate Vestra inire voluerint, ad nos remittat, nec aliter faciat pro gratia et benevolentia nostra. Datum Varsoviae, die XX mensis Martii, anno Domini MDLXX, Regni nostri anno XLI.

a) *Sigismundus Augustus Rex subscriptus.* b)

a)-b) *manu propria.*

N. 1192.

Varsaviae, 23.IV.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterae credentiales pro Ioanne Demetrio Solikowski.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.325.*

N. 1193.

Varsaviae, 24.IV.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Ducatus Prussiae consiliarii  
litterae credentiales pro Ioanne Demetrio Solikowski.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

N. 1194.

Varsaviae, 26.V.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de necessitate contributionis ad bellum contra communes hostes etiam  
ex parte Ducatus Prussiae colligendae.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Nepos noster Charissime.

Cum in Comitiis praesentibus Varsoviensibus unanimi omnium Ordinum voluntate consultatur<sup>a)</sup> de Regni defensione, quae necessario tam contra Moschorum Ducem,<sup>1)</sup> quam etiam contra eos suscipi debet, qui terra marique nostras et Illustratis Vestrae ditiones infestare non desinunt, postulatum etiam est per universos Regni Ordines, ut Illustritas Vestra eorum periculorum memor, quae in illam et Ducatum Prussiae non minus quam in nostras ditiones e Livonia redundare necessum est, ad eam defensionem suum quoque studium adiungere atque in communis consulere velit. Quoniam autem tam necessaria Regni defensio sine universalis contributione constitui non potest, affirmabant praedicti Regni Ordines se a tributo conferendo alienos non fore, utpote cum ea ratione sola periclitanti patriae subveniri et ea pericula, quae Regno et Ducatu praesertim ex Livonia et e mari imminent, repelli possint. Sed quoniam hi ipsi animadvertisunt periniquum esse iisdem omnia belli onera tolerantibus Illustritatem Vestram, cuius maxime res agitur, non tantum expeditionem contra hostem nullam hactenus fecisse, sed nec ad eam rem quidquam operae atque adiumenti contulisse, adduci non possunt, ut de eo tributo vel potius de universa Regni defensione statuant prius, quam id Illustritati Vestrae non minus curae quam sibi esse intellexerint.

Quae cum ita se habeant, hortamur Illustritatem Vestram, quo Illustritas Vestra boni publici et communis defensionis causa subditos suos sua autoritate adducat, ut certum aliquod subsidium pecuniarium contra communes hostes conferant, et tam Illustritati Vestrae quam sibi, quam etiam universae Reipublicae deesse nolint, praesertim hoc tam necessario tempore, quo a nobis adversus Moschum, truculentum ac superbum hostem, caeterosque arma non iam defensiva, sed etiam offensiva parantur. Quam rem curandam et tam apud Illustritatem Vestram, quam apud Ducatus Prussiae Status et Ordines solicitandam, commisimus Generoso Ioanni Demetrio Solikowski, Secretario et ad Illustritatem Vestram Oratori nostro, quem adhuc istic esse existimamus. Qui si iam

istinc rebus confectis discesserit, hortamur tamen Illustratatem Vestram, ut ipsa per sese cura istius rei suscepta rem tam salutarem planeque necessariam conficiat et ad nos quam primum certi aliquid perscribat. Quod superest, cupimus bene valere Illustratatem Vestram. Datum Varsoviae, die XXVI mensis Maii, anno Domini MDLXX, Regni vero nostri XLI.

b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex: consultantur*  
b)-c) *manu propria.*

1) *Ioannes IV Basilides.*

N. 1195.

Varsaviae, 18.VI.1570.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de extradendis copiis et rescriptis actorum, ad causam nobilium Wietwiński (Wieczwiński) pertinentium, qui ad regem appellationem fecerunt.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.

Cum in negotio Nobilium Ioannis, Nicolai et Bartholomei Wieszcwynskich, subditorum nostrorum, promotione crebra nostra interveniente, ab Illustrate Vestra vel eius Consiliariis regiminis est decretum latum, et eisdem appellatio libera ad nos secundum pacta permissa sit, ita ut hoc tempore nihil aliud desideretur quam extraditio rescriptorum, quae obitu cuiusdam advocati praefatorum nobilium in civitate nostra Elbingensi interiisse dicuntur, postulamus ab illa, ut copias et rescripta actorum praefatorum, ad causam et negotium ipsorum nobilium servientia, collata cum suo originali, authentice extradi Illustritas Vestra eis<sup>a)</sup> iubeat. Quam diu incolumem valere cupimus. Datum Warsoviae, in Conventione Regni Generali, die decima octava mensis Iunii, anno Domini MDLXX, Regni vero nostri XLI.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

a) eis *supra lineam.*

N. 1196.

Varsaviae, 5.I.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Sibilla Loissen, vidua Ioannis Tombach, bibliothecarii ducis Alberti defuncti.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIII.  
(Annexum: supplicatio eiusdem Sibillae Loissen ad regem germanice scripta)  
H B A, B 1, K.325.*

*N. 1197.*

*Varsaviae, 23.I.1571.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Venceslaum Schack de Stangenberg, oratorem ducis, remittit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

*N. 1198.*

*Linciae, 29.I.1571.*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Casparum " Zetlitz commendat.  
(Germ., m.p. reginæ subscriptum)  
Sigill. XIII maius.  
H B A, B 1, K.325.*

*N. 1199.*

*Varsaviae, 31.I.1571.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Erasmo Brzostowski, ut ei iustitia administretur.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.325.*

*N. 1200.*

*Linciae, 20.II.1571.*

*Catharina regina Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Erhardo a Kunheim.  
(Germ., m.p. reginæ subscriptum)*

*Vest. sigilli XIII maioris.*

*H B A, B 1, K.325.*

Varsaviae, 3.III.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ex occasione sceleris ab Anselmo Rabe perpetrati, asserit salvum con-  
ductum regium tantummodo a vi, non a iure possessorem eius pro-  
tegere.*

*Sigill. VIII.  
H B A, B 1, K.325.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Ne[pos noster] <sup>a)</sup> Charissime.*

Intelleximus ea omnia, quae nobis Illustritas Vestra per literas suas c[um adiu]ncto <sup>a)</sup> supplici libello indicavit de tam nefario et impio sce-  
lere Anshelmi Rabe in uxorem suam (uti asseritur) commisso et perpe-  
trato, quod illud praesidio authoritatis nostrae per impetratas salvi con-  
ductus literas tegere et a poenis commeritis se subducere contendat.  
Nobis ecquidem nihil hucusque de eo facinore constiterat, sed neque  
officinae cancelliarum, ex quibus literae eiusmodi prodeunt, quicquam  
se istius rei et alterius generis literarum ipsi Rabe concessisse memi-  
nerunt. Quas licet habuerit, nihil tamen eidem patrocinari possunt, quum  
huiusmodi salvi conductus literae ea conditione a nobis concedantur,  
quod is, qui easdem impetraverit, a vi tantummodo, non tamen a iure  
tutus esse debeat.

Non est quippe mentis nostrae nec iuris, ut cuiuspiam iusticia literis  
nostris immoretur, multo minus, ut nefanda cuiuspiam sclera prae-  
dium aliquod habeant. Recte igitur Illustritas Vestra, sicuti hoc pre se  
ferre videtur, faciet, cum eum hominem, servato legitimo iuris ordine et  
processu, ad reddendam tantae accusationis rationem et ad perferendas  
exolvendasque huiusmodi facinoris (si videlicet de eo legitime convictus  
fuerit) condignas poenas adegerit. Nos id non solum non improbaturi,  
verum etiam summopere Illustrati Vestrae collaudatur sumus. Quam  
tandem bene valere optamus. Datum Warschoviae, tertia die mensis Mar-  
tii, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

Ex commissione Sacrae Maiestatis Regiae propria.

*a) foramen in charta.*

Varsaviae, 15.III.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ut obstacula in flumine Niemen extructa, liberam navigationem mer-  
ciumque transportationem impedientia, demoliantur.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Nepos noster Charissime.*

*Exposuerunt nobis nobilitas et incolae Magni Ducatus Lithuaniae*

Illustritatem Vestram obstacula sive molimina quaedam in flumine Nienmen, quod in mare labitur, extruxisse eamque rem in grave illorum detrimentum vergere, quod ob eam causam in transmittendo hoc ipso flumine et transportandis et devehendis mercibus et rebus ceteris impediantur. Cum vero ea ipsa res pactis aperte adversetur et magno subditis nostris sit detimento, hortamur Illustritatem Vestram, ut ea ipsa obstacula demoliri imperet et navigationem iuxta pacta subditis nostris liberam et nulla ex parte impeditam praestet, cum nos quoque id diligenter cavemus et prospicimus, ne quid subditis Illustritatis Vestrae incommodi ac detrimenti ea in parte afferatur. Quam bene valere cupimus. Datum Varsoviae, die XV mensis Martii, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscipsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

N. 1203.

Varsaviae, 23.III.1571.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
nobilem Iacobum Hincz, mercium silvestrium in toto Ducatu Lithuaniae  
praefectum, certis de causis a se in Prussiam missum, commendat.  
(m.p. regis subscriptum)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 1, K.325.

N. 1204.

Varsaviae, 27.III.1571.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Augusto duci Saxoniae electori  
de negotio Volffjangi a Kreitzen cum Petro Caesare, in quo ad iudicium  
Camerae Imperialis appellatum est.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.325.

Sigismundus Augustus etc.

Illustrissimo Principi Domino Augusto Duci Saxoniae ac Sacri Romani Imperii Electori et Archimarschalco, Landgravio Turingiae, Marchioni Misniae et Burgrabio Magdeburgensi, Affini nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Illustrissime Princeps, Domine, Affinis noster Charissime.

Memoria tenemus, quid nobis Illustritas Vestra per Internuncium nostrum Fridericum Zaleski ante biennium fere significaverit de negocio Volfgangi a Kreicen, Consiliarii ac militum Praefecti Illustris Principis Domini Ducis in Prussia. Nepotis et vasalli nostri charissimi. Quod quidem negocium Creicio cum Petro Caesare, servitore Illustritatis Vestrae, intercedit. Nunc accepimus sententiam in eo negocii contra Creicium a iudicibus dioecesis Ceicensis pro Petro latam, ut iudicium Creicius in

alieno foro suscipiat de bonis, quae sunt in Ducatu Prussiae, qui directe ad dominium nostrum pertinet, constituta. A qua quidem sententia etsi ad Cameram Imperii provocatum sit, nihilominus tamen, pendente appellatione, in causa per iudices Ceicenses procedi cum magno non solum Creicci, non solum Illustris Domini Prussiae Ducis, non solum nostro praeiudicio, sed etiam plane adversus formam iuris ipsius, quod pendente appellatione nihil iubet innovari.

Magnopere ab Illustritate Vestra petimus, ne permittat subditum nostrum et Illustris Domini Prussiae Ducis, nepotis nostri charissimi, tantopere a iudicibus Ceicensibus, vel potius a Petro Caesare, opprimi ac praegravari, quum nos praesertim, id quod iterum iam atque iterum Illustritati Vestrae offerimus, ius de Creicio unicuique dici mandatur simus in loco, ubi et domicilium habet et bona ipsa, de quibus controversia est, sunt constituta, si modo id a nobis legitime postulatum fuerit. Res aequa est, nec dubitamus, quin ab aequitate Illustritatis Vestrae facile sine negotio possit impetrari.

Quod si non potest, illud saltem possit, ut auctoritate Illustritatis Vestrae Petrus adigatur eventum appellationis factae ad iudicium Cameræ Imperialis expectare. Qua quidem re nullam arbitramur aequiorem ab Illustritate Vestra posse postulari. Erit ea res, ubi ab Illustritate Vestra impetrata per nos fuerit, hoc nobis ab Illustritate Vestra gratior, quo magis rem agi intelligit non solum Creitii, subditi nostri, non solum Illustris Domini in Prussia Ducis, quem Principem tum necessitudinis et coniunctionis, tum vicinitatis, tum aetatis, tum superioritatis nostrae causa necessario tueri debemus, sed etiam rem propriam ipsorum nostram, ad quos directum eorum bonorum dominium pertinet, de quibus inter Petrum et Creicium istic ambigitur. Non dubitamus Illustritatem Vestram aequissimorum istorum postulatorum nostrorum aequam esse rationem habituram. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsoviae, die XXVII Martii, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 1205.

Varsaviae, 28.III.1571.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de interventu suo apud imperatorem [Maximilianum II] in negotio  
Wolfgangi a Kreitzen; de simultanea investitura feudorum marchio-  
nium Brandenburgensium ab imperatore petenda; de consiliis quo-  
rundam ex Imperio adversus terras Prussiae.

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.325.

Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasińskiego II, CCC.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Nepos Charissime.

In negocio Wolfgangi a Creiczen, Consiliarii Illustritatis Vestrae, quod illi cum Petro Caesare intercedit, scribimus ad Illustrissimum Dominum

Saxoniae Electorem<sup>1)</sup> eo exemplo, quod una cum literis ipsis Illustritati Vestrae mittimus. Praeterea autem scribimus Venerabili Oratori nostro apud Caesaream Maiestatem, curet literas quoque Maiestatis Caesareae ad eundem Electorem obtinere, ut causa Creiitii aut huc ad iudicium Prussiae remittatur, aut ne ante eventum appellationis pendentis executioni demandetur. Quod quidem utrumque a nobis Illustritas Vestra hoc tempore postulavit.

Scribimus denique eidem Oratori nostro,<sup>2)</sup> petat nostro nomine diligenter a Caesarea Maiestate admitti Illustritatem Vestram ad simultaneam hanc investituram feudorum marchionalium, ad quam benigne ab Illustri Marchione Brandenburgensi iuvene Illustritas Vestra invitatur, ut si quidem temporis ratio patiatur, possit Illustritas Vestra Nuncios suos cum potestate in rem praesentem mittere. Sin minus, ut Orator ipse noster vicem Nunciorum Illustritatis Vestrae in hoc genere obeat et investituram hanc simultaneam nomine Illustritatis Vestrae petat atque capiat. Qua de re volumus, ut nos primo quoque tempore Orator ipse noster faciat certiores.

Interim praetermittere noluimus, quin Illustritatem Vestram admoneremus, ut in omnem eventum mittat Illustritas Vestra literas plenipotentiae ad hunc actum duntaxat in personam Venerabilis Oratoris nostri, ne, si forte eo ventum sit, propter non missas plenipotentiae literas a petenda et capienda nomine Illustritatis Vestrae simultanea hac investitura prorsus excludatur. Quod ne fiat, literas ipsi Illustritatis Vestrae, quas ad nos iis de rebus proxime dedit, misimus, ut iis interea, si opus fuerit, pro plenipotentia aliquo modo uti possit.

Quod scribit Illustritas Vestra de consiliis profundam ex Imperio adversus terras istas Prussiae, vellemus copiosius perscripsisset, quae et cuiusmodi sint haec consilia, et quibus potissimum auctoribus, adiutoribus, administris suscipiantur, ut, cum haec et eiusmodi alia cognoverimus, possemus tanto melius ad omnia attentiores esse. Quare scribat ad nos semper Illustritas Vestra eiusmodi rumores non solum copiose, verum etiam plane confidenter, in quibus suam nostramque pariter et Regni ac dominiorum nostrorum dignitatem verti intelligit. Bene valeat Illustritas Vestra. Datum Varsoviae, die XXVIII Martii, anno Domini MDLXXI, Regni nostri XLII.

492

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Augustus.*

2) *Lucas Podoski.*

N. 1206.

Varsaviae, 30.III.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
in causa et negotio nobilis Friderici ab Aulack.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Vest. sigilli VIIa.  
H B A, B 1, K.325.*

N. 1207.

Varsaviae, 1.IV.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ut Catharinae Grabowska bona eius hereditaria extradi faciat.*

*Sigill. VIII sine inscript.  
H B A, B 1, K.325.*

N. 1208.

Varsaviae, 19.IV.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de petenda ab imperatore simultanea investitura feudorum marchion-  
corum Brandenburgensium.*

*Sigill. VIIA.  
(Annexum: exemplum litterarum regis ad Maximilianum II de die  
20.IV.1571)*

*H B A, B 1, K.325.  
Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasińskiego, II, CCCXXVIII (sine an-  
nexo).*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.

Probatur nobis consilium Illustritatis Vestrae, quod ad petendam si-  
multaneam investituram feudorum Brandenburgensium a Caesarea Maie-  
state plenipotentem suum miserit, eum praesertim, de cuius nos quoque  
fide et industria optime persuasi sumus. Ne quid autem Illustrati Ve-  
strae deesse videatur, quod ex nobis ad facilius eam investituram apud  
Caesaream Maiestatem impetrandam proficiisci possit, etsi bis iam ad  
Venerabilem Oratorem nostrum<sup>1)</sup> ea de re diligentissime scriptissimus elique  
praeceperimus, curet omni diligentia adhibita, ut Illustritas Vestra et lite-  
ris Caesareae Maiestatis ad eum actum accersatur, et in ratione simul-  
taneae eius investiture locum eum, quem illi natura ipsa assignavit,  
retineri beneficio eiusdem Maiestatis permittatur, tamen nunc quoque  
eadem de re Maiestati ipsi Caesareae scripturi sumus, quemadmodum  
petit Illustritas Vestra literasque ipsas per primam postam nostram in  
manus Oratoris nostri mittemus, sic ut ante adventum plenipotentis Illu-  
stritatis Vestrae Maiestati eius redi possint. Quarum literarum exem-  
plum ipsi quoque Illustritati Vestrae mittimus. Bene valeat Illustritas  
Vestra. Datum Varsoviae, die XIX mensis Aprilis, anno Domini MDLXXI,  
Regni vero nostri XLII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Lucas Podoski.

**Annexum:**

Serenissimo et Excellentissimo Principi Domino Maximiliano Secun-  
do etc., fratri nostro charissimo et honorandissimo, Sigismundus Augu-

stus, Dei gratia Rex Poloniae etc., salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime et Excellentissime Princeps, Domine, Frater Charissime ac Honorandissime.

Intelleximus Illustrum Dominum Albertum Fridericum in Prussia Ducem, nepotem nostrum charissimum, benignissime ab Illustrissimo Principe Domino Ioanne Georgio Marchione et Electore Brandenburgensi per literas invitari, ut Illustritas ipsius ad petendam secum simultaneam investituram feudorum Brandenburgensium, cui rei dies septima mensis Maii sit sibi a Maiestate Vestra Pragae assignata, Legatos ac Plenipotentes suos mitteret. Quam ob rem auctores ei fuimus, ut ne eam occasionem praetermitteret consulendi rebus suis et experiendi de gratia et benignitate Maiestatis Vestrae erga aequissimam causam suam, de qua quidem gratia Maiestatis Vestrae magnam illi spem per literas nostras ostendimus. Itaque non dubitamus Illustratatem eius Plenipotentem suum istuc missuram esse ad petendam apud Maiestatem Vestram simultaneam feudorum istorum Brandenburgensium investituram.

Etsi autem eadem de re Maiestatem Vestram per Venerabilem Oratorem nostrum certiorem nuper fieri voluimus, tamen ut Maiestas Vestra intelligat eam rem singulari nobis curae esse, nunc quoque per ipsas literas nostras negocium hoc totum Maiestati Vestrae commendandum esse existimavimus. A qua sane magnopere etiam atque etiam petimus, ut Maiestas Vestra Principem hunc, nostrum non solum clientem et beneficiarium, sed etiam arcta admodum nobis sanguinis necessitudine coniunctum, et de quo singularis quaedam expectatio est marchionicae virtutis, primum ad simultaneam hanc investituram marchionicam ex beneficio suo admittat, deinde ut in ordine ipsius investiturae eum locum retinere ipsum Maiestas Vestra patiatur, quem Illustrati eius natura ipsa et agnationis ac propinquitatis gradus, quo Domum Marchionicam attingit, assignavit. Quibus quidem de rebus omnibus et quam gratum id nobis a Maiestate Vestra sit futurum, commisimus plenius Venerabili Oratori nostro Maiestatem Vestram verbis nostris facere certiorem. Cul ut Maiestas Vestra aures benignas tribuat et verbis ipsius fidem in his habeat, etiam atque etiam a Maiestate Vestra petimus. Quam optime valere cupimus cuique amorem nostrum vere fraternum ex animo commendamus. Datum Varsoviae, die XX mensis Aprilis, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri XLII.

N. 1209.

Varsaviae, 25.IV.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
iterum de sale Regiomonti illegitime arrestato, ut Valentino Uberfeldt,  
secretario suo, extradatur.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.325.*

*Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasińskiego, II, CCCLVII.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de morte Hungariae regis electi [Ioannis Sigismundi]; de occultis non-  
nullorum consiliis; de legatione vicecancellarii Regni.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.325.*

*Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasinskiego, III.I.*

**Sigismundus Augustus etc.**

Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.

Non possumus sane non commoveri morte non minus insperate quam immatura Serenissimi Principis Electi Hungariae Regis, nepotis nostri charissimi, quae in ipso cursu eius constituedae perpetuae amicitiae cum Caesarea Romanorum Maiestate<sup>1)</sup> accidit. Ex qua amicitia magni fructus ad utilitatem et firmamentum Reipublicae Christianae poterant merito expectari. Verum cum ita Domino Deo placuerit, in cuius arbitrio non solum vita et mors nostra, sed etiam status et conditio Regnorum et Imperiorum est constituta, facile voluntatem nostram ad voluntatem eius accommodamus et hoc, quicquid accidit, humanitus ac moderate ferimus. Officium quidem Illustritatis Vestrae, quo leniendi maerioris nostri causa perfungi erga nos voluit Illustritas Vestra, ab optimo animo profectum, in quam debemus partem accipimus et mortuo quidem ipsi aeternam ac salutarem requietem, Illustritati vero Vestrae superstiti omnia fausta ac felicia ex animo optamus.

Quod attinet occulta nonnullorum consilia, in quibus investigandis et, quoad maxime poterit, comprimendis nervos omnes adhibitaram esse se ostendit Illustritas Vestra, probatur nobis vehementer hic animus Illustritatis Vestrae, dignus non solum indole ipsius, sed etiam virtute ipsa paterna, quae frangendis et debilitandis eiusmodi conatibus nunquam ipsa frangebatur, sed semper contra audentior ibat. Cuius quidem virtutis si se Illustritas Vestra non minus quam ceterorum bonorum ab eo relictorum haeredem esse existimat, uti sane existimare debet, nihil est quod praeterea in hoc genere requiri posse in Illustritate Vestra videatur.

Negocia Illustritatis Vestrae omnia Venerabili Oratori nostro<sup>2)</sup> iterum atque iterum commendavimus, nec illa solum praeterita, de quibus nobis gratias agit per literas, sed etiam haec recentia, quae illi cum Illustri Ioanne Alberto intercedere dicuntur, uti ex Reverendo Vicecancellario Regni nostri<sup>3)</sup> intelleximus. In quibus quantum nostrum studium extiterit, ex ipso Vicecancellario, ad quem iis de rebus perscripserat, cognoscet Illustritas Vestra. Quam optime valere cupimus. Datum Varsoviae, die prima Maii, anno Domini MDLXXI, Regni nostri XLII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

1) Maximilianus II.

2) Lucas Podoski.

3) Franciscus Krasinski.

N. 1211.

Varsaviae, 27.V.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro fratribus Felice et Petro Gnoiński, quorum causam occasione regun-  
dorum finium exortam commendat.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*Annexum: Supplica fratrum Gnoiński ad Sigismundum Augustum,  
polonice scripta.*

H B A, B 1, K.325.

N. 1212.

Varsaviae, 28.V.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Venceslao Possadowski, ut ei bona hereditaria uxoris suae extra-  
dantur.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

H B A, B 1, K.325.

N. 1213.

Varsaviae 9.VI.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro sororibus Elisabeth, Nicolai Brudzewski, palatini Lanciciensis vidua,  
et Ursula, castellani Kowaliensis coniuge.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

H B A, B 1, K.326.

N. 1214.

Varsaviae, 28.VI.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ne in exaudiendis rationibus eorum, qui gubernationi Ducatus tempore  
pubertatis ducis praefuerunt, nihil sine commissariis regiis suscipiat.  
Sigill. VIIa.*

H B A, B 1, K.326.

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

*Accepimus literas Illustritatis Vestrae, quibus nos de consilio suo  
exaudiendi rationes eorum, qui tempore pubertatis Illustritatis Vestrae*

gubernationi Ducatus praefuerunt, facit certiores. Probamusque in eo studium et voluntatem Illustritatis Vestrae, quod negocium id diutius differendum esse non existimaverit et quod illud, adhibitis reliquis provincialibus suis Consiliariis, suscipere tandem constituerit. Verum ut res omni ex parte perfecta sit, illud Illustritatem Vestram admonemus pro nostra perpetua erga illam benevolentia, ne id absque interventu Commissariorum nostrorum suscipiat, cum non ignoret nos et supremi tutoris Illustritatis Vestrae nomen obtinuisse, et terrarum illarum supremum ac directum Dominum esse, et denique omnibus Illustritatis Vestrae rebus ac rationibus quam maxime prospectum semper cupivisse atque etiamnum cupere.

Quam ob rem faciet nos ante omnia Illustritas Vestra de die certiores, quem ad diem vacare eiusmodi negocio exaudiendarum rationum constituerit, ut nos quoque ad eum diem Commissarios nostros in rem praesentem mittere possemus, qui Illustritatem Vestram in eiusmodi re adiuvent et qui nomine nostro provideant, quae ad providendas Illustritatis Vestrae et terrarum illarum rationes pertinere videbuntur. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum Varsoviae, die **XXVIII** mensis Iunii, anno Domini **MDLXXI**, Regni vero nostri **XLII**.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscriptus.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

**N. 1215.**

*Varsaviae, 1.VII.1571.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro nobili Rocho Tamowski, cive Toruniensi, actionem ratione possessio-  
num quarundam iure hereditario ad se pertinentium in iudicio ducis  
habente.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIII.*

*Annexum: supplicatio Rochi Tamowski ad regem.*

*H B A, B 1, K.326.*

**N. 1216.**

*Varsaviae, 8.VII.1571.*

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Ioanne Nimptsch, cive Toruniensi, cuius supplicem libellum adiungit  
(qui tamen hic deest).  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIII.*

*H B A, B 1, K.326.*

Varsaviae, 14.VII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de mercatoribus non persolvendis teloneis fiscum regium defraudanti-  
bus persequendis.*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

Illustris Princeps, Domine, Nepos Charissime, salutem ac prosperos quoque rerum successus.

Illustris Princeps, perfertur ad nos ab hominibus fidei non dubiae eo audaciam aut temeritatem potius nonnullorum mercatorum nostrorum progressam, ut non erubescant, relictis viis et itineribus publicis usitatis ac tritis, per loca intricata et insueta ex dominiis nostris Magni Ducatus Lithuaniae et Samogithiae in terras Principatumque Illustritatis Tuae descendere simulque merces suas omnis generis fraudandi thelonei nostri gratia istuc transferre, cum thaesauri<sup>z)</sup> ac fisci nostri regii haud levi praeiuditio atque incommodo.

Proinde cum Reipublicae nostrae ratio requirat, ut maturius eius modi mercatorum fraudibus occurratur, Illustritatem Tuam etiam atque etiam hortamur, ut ea in parte operam suam non gravatim nobis communiceat, et dispositis hinc<sup>a)</sup> inde circa fines, qui sunt inter Magnum Ducatum nostrum Lithuaniae Samogithiaeque ac Principatum Prussiae custodiis, impostores tales (maxime quos ex numero subditorum nostrorum esse apparuerit) diligenter observari et inquire, tum si qui pensi thaelonei<sup>z)</sup> tessera publica nequaquam muniti reperti fuerint, eos una cum equis, curribus, mercibus ac rebus illorum omnibus ad Praefectos nostros thaeloneorum, qui istic in finibus a nobis ordinati et constituti sunt, semotis omnibus exceptionibus illorum, remitti ac tradi mandet atque curet, ut sic ius nostrum adversus fisci nostri fraudatores persequi nobis liceat, et quod aequitatis fuerit, in eos statuatur. Eo ipso fecerit Illustritas Tua rem voluntati nostrae omnimodae<sup>z)</sup> convenientissimam clementerque ac benigne vicissim referendam. Illustritatem Tuam recte foeliciterque valere quam diutissime cupientes. Datae Varsaviae, die XIIIII mensis Iulii, anno Domini MDLXX primo.

<sup>b)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>c)</sup>*

<sup>a)</sup> *in ms. huic*  
<sup>b)-c)</sup> *manu propria.*  
<sup>z)</sup> *sic in ms.*

Varsaviae, 18.VII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Ambrosio Thomae, ut ei privilegia et immunitates a se et ab Alberto  
duce defuncto concessae conserventur.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.326.*

N. 1219.

Varsaviae, 25.VII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de arrestatis Regiomonti tabulis ligneis vulgo Klapholz (in ms. Klapholcz)  
dictis, a Iacobo Hincz, mercium silvestrium praefecto, ex mandato  
regio Hieronymo Einwaldt, ducis subdito, traditis.  
(m.p. regis subscriptum.)*

*Sigill. IX.*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1220.

Varsaviae, 26.VII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ne milites a Moschorum duce [Ioanne IV] in Germania conscriptos per  
ditionem suam transire patiatur, neque homines ex Ducatu suo in  
Moscoviam proficisci permittat.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illistris Princeps, Nepos noster Charissime.*

Non unis bonorum hominum, nostrae qui Reipublicae bene volunt,  
literis certiores facti sumus, sed rumor etiam ipse quasi nos admonet  
Magnum Moschorum Ducem modis omnibus dare operam, milites ex  
Germania ut conscribere quam plurimos possit, atque per Illustritatis  
Vestrae ditionem multos quotidie proficisci, sua ut Moscho nomina dent,  
intelleximus. Cum autem nihil sit indignius christianos hosti Christianae  
Reipublicae adiutores se et socios praestare, nam coactam non exiguum  
militis Germanici manum nullum dubium est, hic hostis quin ad nostras  
vel aliorum christianorum Principum perturbandas res sit conversurus,  
ab Illustritate Vestra postulamus, prohibeat et impedit studio diligen-  
tiae sua, ne quispiam ad militiam exercendam ad Moschum per Illu-  
stritatis Vestrae loca iter faciat, atque edicat, homines Illustritatis Ve-  
straee ex ipsa quoque Illustritatis Vestrae ditione eo se ne conferant,  
confiscationis bonorum poena proposita.

Si vero profecti iam egressique e finibus nostris aliqui sunt, illi ad  
sua quam primum redeant, atque si erunt posthac in Illustritatis Vestrae  
Ducatu qui abitum<sup>a)</sup> parent, sive sint Illustritatis Vestrae subditi sive  
advenae, det Illustritas Vestra operam, ut capiantur et puniantur. Eo fe-  
cerit rem officio suo propriam et nobis gratam. Bene valeat. Datum  
Warshoviae, die XXVI Iulii, anno Domini MDLXXI, Regni nostri XLII.

*b) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>c)</sup>*

a) *correctum ex: habitum*

b)-c) *manu propria.*

N. 1221.

Varsaviae, 25.VIII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*de utriusque partis commissariis ad constituendos fines et limites inter certa bona nondum definitos.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

Certiores facti sumus a Nobilibus Foelice et Petro Gnoynskich, fratribus germanis, subditis nostris, eorum negotium commissionis de continuandis finibus inter bona praefatorum fratrum Gnoyno, ditionis nostra, ab una, ac certorum nobilium in districtu Dzialdoviensi, videlicet Burs, Rivocziny et Virsbovo, in iurisdictione Illustritatis Vestrae consuentium, parte ab altera, de quo non ita pridem ad Illustritatem Vestram scripsimus, ad debitum finem deductum non esse. Supplicarunt nobis iterum humiliter, quatenus illis denuo hac in parte apud Illustritatem Vestram non deessemus.

Nos itaque supplicationi ipsorum benigne annuentes, ac omnino eiusmodi negotium continuandorum finium sopire volentes, certos Commisarios nostros ad eam rem, utpote Magnificum ac Generosos Ioannem a Dzialin, Palatinum Culmensem, Albertum Kriski, Tribunum Sakrocziensem, Gregorium Zelinski, Iudicem Plocensem, Albertum Krassinski, Poccillatorem Cziechanoviensem, ac Nicolaum Kossobuczki, Notarium Plocensem, designavimus. Postulamus itaque ab Illustritate Vestra, ut etiam suos iuxta communia pacta ad hunc actum commissionis continuandorum finium pro die nona mensis Octobris proxime instantis designet, qui in rem praesentem ad bona differentiarum praedicta descendentes, fines ac limites in praedictas haereditates iuxta iura et privilegia utriusque partis certis scopolis ac signis constituant. Rem faciet in eo Illustritas Vestra et pactis inter nos conventis consentaneam et nobis valde gratam, parem animi benevolentiam a nobis simili in re expertura. Bene valere Illustratatem Vestram cupimus. Datum Warsoviae, die vigesima quinta mensis Augusti, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri XXXXII.

<sup>a)</sup> *Sigismundus Augustus Rex subscriptis.* <sup>b)</sup>

*a)-b) manu propria.*

N. 1222.

Varsaviae, 27.VIII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Henrico Czencker, ducis subdito, qui ex imbecillitate humana, absente uxore sua, stuprum ancillae suae cuidam intulit.*

*(m.p. regis subscriptum)*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: supplicatio eiusdem Henrici Czencker ad regem)*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1223.

Varsaviae, 31.VIII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Ioanne Eisaks (Eisack) in causa bonorum suorum hereditariorum.  
(m.p. regis subscriptum)  
Vest. sigilli VIIa.  
(Annexum: supplicatio eiusdem Eisaks (vel Eisack) ad regem)  
H B A, B 1, K.326.*

N. 1224.

Varsaviae, 31.VIII.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Iacobo Synwalski, ut patrimonii sui limites cum vicinis suis consti-  
tuere possit.  
(m.p. regis subscriptum)  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.326.*

N. 1225.

Varsaviae, 18.IX.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterae fidei pro Stanislao Sandivogio Czarnkowski, quem ad ducem  
in secretioribus nonnullis negotiis et aliis mittit.  
Sigill. VIIa.  
H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

Firma tenemus memoria, qua nos observantia, qua fide et propensiōne animi prosequutus est Illustrissimus olim parens Illustritatis Ve-  
strae. Cuius quidem rei vel hoc cumprimis extare voluit testimonium,  
quod Illustratatem Vestram sub cura tutelaque nostra esse et nobis  
eandem commendare singulariter non dubitaverit, ut qui semper vivam  
Illustratatem Suam propter eius virtutem et in nos observantiam amavimus  
et complexi sumus, Illustratati etiam Vestrae ea provideamus, quae  
digna sint cumprimis persona Illustratatis Vestrae quaeque a nobis, qui-  
bus Illustratatis Vestrae cura data commissaque est, merito expectari de-  
siderarie possent.

Quare mittendum ad Illustratatem Vestram esse duximus Genero-  
sum Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, Regni curiae nostrae Referen-  
darium, Commendatorem Posnaniensem, Drahimensem Inowlodensemque  
Capitaneum, cui cum secretiora nonnulla, tum ea etiam, quae id tempo-  
ris sese obtulerunt, quaeque non aliena esse ab Illustratatis Vestrae per-  
sona officiique nostri esse iudicavimus, commisisimus, ut ea diligenter  
Illustratati Vestrae referret in iisque, quae sit mens et voluntas nostra,

exponeret. Postulamus itaque ab eadem, ut huic Oratori nostro plenam omnibus in rebus, sufficientem omnimodamque habeat fidem, quam habebret nobis ipsis si eam coram alloqueremur. De nostraque in se benevolentia non aliud sibi persuadeat, quam debet de eo, qui Illustritatem Vestram et amat et omni paterna voluntate complectitur. Quam bene valere cupimus. Datum Varsoviae, die XVIII mensis Septembris, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 1226.

Varsaviae, 30.IX.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro fratribus Francisco et Petro Szczecinski, quibus certa bona a defuncto duce Alberto perpetuo donata nunc illegitime adempta sunt.  
(m.p. regis subscriptum)*

*Vest. sigilli VIIa.*

*(Annexum: supplicatio eorundem fratrum ad regem germanice scripta,  
exempl.)*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1227.

Varsaviae, 30.IX.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Anselmo Rabe, subdito suo, cui innocentia actio quaedam criminalis  
Regiomonti intentata est.*

*(Exemplar)*

*(Annexum: supplicatio eiusdem Anselmi Rabe ad regem germanice  
scripta)*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1228.

Varsaviae, 7.X.1571.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Anselmo Rabe, ut in foro suo legitimo iudicari possit, ne rex auctoritate sua suprema uti cogatur.*

*Sigill. VIII.*

*(Annexum: supplex libellus Anselmi Rabe ad regem, germanice)  
H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

*Quid causae ac negotii difficilis sane et ardui habeat hic noster et*

Illustritatis Vestrae subditus, Nobilis Anselmus Rabe, cognoscet Illustritas Vestra abunde ex hoc eius supplici libello, nobis hic porrecto. Magnum sane et satis atrox crimen istud est cuius accusatur, merito ut ab omni iudicio et subsilio vindicari debeat. Verum utique maior haberi debet ratio ipsius innocentiae, quam ille ut constanter de se profitetur, ita id palam facere et crimen istud foedissimum a se depellere omnibus rationibus, praesertim legitima juris ac iudicii defensione, vult, modo illi ad eam rem potestas cum plena vitae securitate concedatur. Hanc enim ab Illustritate Vestra demisis praecibus et diu iam petat, et impetrare nisi cum certa, illi autem minime tuta condicione, non potest. Utique negari illi, uti nobili, et praerogativa publicae immunitatis gaudenti, non debet, ne ob hoc aequitas causae et illius innocentia opprimi videatur.

Cumque ea res ad nos et autoritatem nostram pertinere videatur, recte censemus atque id ab Illustritate Vestra requirimus, ut illi salvus iste conductus et plenaria securitas, quallem petit, concedatur causaque ipsa in foro eius legitimo per ordinarium processum discuciatur, qua recte discussa <sup>a)</sup> apparebit tandem eius exitus et huius vel poena vel immunitas. Verum id quidem vacuo omni metu et salvis etiam suis rebus atque facultatibus omnibus fieri oportet. Qua in re ita illi ab Illustritate Vestra prospectum iri certo nobis persuademus, ne postea eius rei gratia ad nos confugiendi necessitatem habeat. Nam nos id demum pro autoritate nostra suprema facere oporteret, quod nunc ab Illustritate Vestra nec immerito poposcit. Cupimus tandem Illustritatem Vestram bene valere. Datum Warschoviae, die VII mensis Octobris, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

<sup>a)</sup> Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

<sup>b)</sup> sic in ms.

N. 1229.

Varsaviae, 30.XI.1571.

Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ex occasione duarum causarum iudicialium exoritur quaestio de modo  
provocandi ad regem (de appellationibus).  
(Adest exemplar eadem manu scriptum, a notario subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.326.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps et Domine, Nepos noster Charissime.

Accepimus Illustritatis Vestrae literas, quibus ea in primis, quae prius a nobis cum per literas, tum per Generosum Venceslaum Schakium, Internuncium suum, postulaverat, commemorat, ut ne quicquam, quod esset tum pactis conventis, tum novissimae oratione Lublinensi contrarium, ex parte subditorum Regni nostri fieri permitteremus. Deinde

duplex negocium proponit. Quorum alterum est in causa Magnificarum Elizabethae, Palatinae Lanciciensis, et Ursulae Lwowska, Castellanae Kovaliensis, de Sieprcz, sororum germanarum, cum Nobilibus Foelice et Bartholomaeo Finckiis, fratribus, occasione bonorum certorum Mielno, in foris iudiciorum ac subselliorum Illustritatis Vestrae ordinatis ac consuetis versata, ac postremo per Illustritatis Vestrae decretum decisam et conclusa.

A quo Illustritatis Vestrae decreto per partem actoream ad tribunal nostrum appellatum sit ac ad prosequendam appellationem parti citatio nostra exhibita.

Alterum de controversia subditorum nostrorum, dictorum Gnojenscy, cum eius subditis in districtu Soldaviensi, ratione limitum discernendorum ac regundorum finium. In qua Commissarii nostri, absentibus Commissariis Illustritatis Vestrae et Illustritate Vestra periculo pestilentiae eorum absentiam excusante, scopulos et signa limitum exerent, quae rursum mandante Illustritate Vestra, ut perperam erecta, disiecta ac dissipata sint. <sup>a)</sup> In primis itaque <sup>b)</sup> quod petitionem Illustritatis Vestrae attinet de manutenendis pactis conventis ac ordinatione proxima, <sup>a)</sup> nullatenus ea dubitare debet <sup>b)</sup> nos, qui per Dei gratiam etiam hostibus datam fidem conservare novimus, multo magis Illustritati Vestrae, quam cum ob paterna singularia erga nos merita, tum eius virtutes ac necessitudinem nostram, benigno animo et plane paterna benevolentia prosequimur, ea omnia, quae inter nos et Illustritatem Vestram constituta ac firmata sunt, semper sancte et integre esse conservatueros, neque permisuros, ut iis a quoquam subditorum nostrorum ullo contrario actu detrahatur.

Et negocium quidem praedictarum Magnificarum non ignoramus apud iudicia terrarum Illustritatis Vestrae consueta ventillatum ac versatum, ac postremo per Illustritatis Vestrae decretum conclusum ac determinatum esse.<sup>c)</sup> <sup>a)</sup> Quod cum sit eiusmodi, ut inter articulos certos, in quibus nos ad nos provocandi viam non paeclusimus, non comprehendatur, agnoscimus appellationem hanc ad nos locum non habuisse ac ne nunc habere quidem, libenterque hoc Illustritati Vestrae concedimus, ut decretum illius in ea causa latum in suo robore persistat, cuius cognitionem nos hic nobis amplius non sumemus, sed parti prosequenti appellationem silentium imposituri sumus. Ac iniunximus etiam Cancellariis nostris, ut providerent, ne quid ab iis edatur iuribus Illustritatis Vestrae contrarium.<sup>b)</sup>

Quod attinet alterum negocium de limitibus inter nostros et Illustritatis Vestrae subditos, licet in legali impedimento factis, <sup>a)</sup> ne hoc quidem satis probari a nobis potest, <sup>b)</sup> siquidem Illustritatis Vestrae Commissarii ob pestis grassantis periculum ab eo actu finium regundorum abfuerint. Quia de re unum eorum ab Illustritate Vestra tempestive admonitum esse ex literis eius intelligimus. Daturique sumus ad Magnificum Palatinum Culmensem<sup>1)</sup> literas, quibus hoc eius factum a nobis probari non posse ostendemus, utque in posterum iura ac praerogativas Illustritatis Vestrae ne temere labefactet aut convellat, sed ut exemplo nostro, et ut requirit officii sui integritas, sancta et inviolata relinquat ac pro parte sua conservet, in omnibusque se ita gerat ac comparet, ne Illustritati Vestrae de se apud nos conquerendi occasionem paebeat.

Illustritatis Vestrae quoque partium erit in posterum Officialibus suis nihil tale permittere, quod ad vim vi subito repellendam ac temere facta temere refutanda spectare videatur, priusquam nos certiores de

omnibus reddiderit. Illustratatem Vestram foeliciter valere optamus.  
Varsoviae, ultima Novembris, anno Domini MDLXXI, Regni nostri XLII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscrispsit.<sup>e)</sup>

a)-b) verba linea subducta.

c) hin in margine NB.

d)-e) manu propria.

*Exemplar eadem manu ac originalis epistola scriptum, a notario ita confirmatum est:* Collatum concordat cum originali.

Leonardus Brigelius Notarius publicus subscrispsit.

1) Ioannes Działyński.

N. 1230.

Varsaviae, 27.I.1572.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto Friderico in Prussia duci

se per oratorem ducis Venceslaum Schack de Stangenberg duci respon  
disse nuntiat eumque commendat.

(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.326.

N. 1231.

Varsaviae, 9.III.1572.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto Friderico in Prussia duci

iterum pro Anselmo Rabe, qui innocens criminis cuiusdam accusatus est.  
(m.p. regis subscriptum)

Sigill. VIIa.

Annexum: supplicatio Anselmi Rabe ad regem, germ. scripta.

H B A, B 1, K.326.

N. 1232.

Varsaviae, 14.III.1572.

Sigismundus Augustus rex Poloniae

Alberto Friderico in Prussia duci

pro civitate Elbingensi, causam in iudicio ducis habente, ut ei iustitia  
citius administretur.

(Annexum: supplicatio procerum civitatis Elbinsensi, exempl.)

Sigill. VIIa.

H B A, B 1, K.326.

Sigismundus Augustus etc.

Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.

Supplicarunt nobis humiliter Burgrabiis, Proconsules, Consules, Advo-

catus et cuncti Ordines civitatis nostrae Elbingensis, ut causam, quae eis cum quodam Ioachimo Schmalian in iudicio Illustritatis Vestrae intercedit, eidem Illustritati Vestrae commendare dignaremur, quo citius debitum ius consequantur, iuxta id, quod ex supplici eorum libello Illustritas Vestra cognoscet, quem Illustritatis<sup>z)</sup> Vestrae praesentibus inclusum mittimus. Itaque Illustritatem Vestram hortamur amice atque ab ea postulamus, ut iustitiam horum subditorum nostrorum promoveat ac ius eis vel ipsa dicat vel ab iis, ad quos pertinet, administrari iubeat. Quod ipsum officium Illustritatis Vestrae postulat. Quam bene valere cupimus. Datum Warschaviae, die XIIIII Marcii, anno Domini MDLXXII, Regni vero nostri anno XLIII.

a) Sigismundus Augustus Rex subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

*Annexum:*

Sacra et Serenissima Maiestas Regia, Domine Domine longe Clementissime. Post humilimam fidelitatis atque perpetuorum servitorum nostrorum commendationem.

Serenissimam Maiestatem Vestram Regiam subiectissime haud caelare possumus, quod nomine atque mandato nostro superiore aestate coram iudicio civili oppidi Memelensis adversus quandam Ioachimum Schmalian ob famosos per eundem ad nos missos libellos, nobis caeterisque civitatis Elbingensis incolis extremam malorum omnium cladem minantes, criminalis accusatio instituta fuerit. In ea itaque accusatione criminali iudicium civile Memlense, propositionibus allegatis atque responsis utrinque auditis, reum istum convictum capitum poena multitudine esse pronuntiavit. A qua quidem iudicij sententia<sup>a)</sup> illius praeonomiatus minatum scriptorum author ad Illustrem Principem Prussiae appellationem interposuit. Urgentibus autem nobis iustificationem provocationis ad ipsius Illustritatem interpositiae, Illustris Princeps praedictum diffamatorem potestati nostrae dedere sese velle declaravit.

Sed cum contra iuris normam atque praescriptum legum ea in criminali accusatione partes et iudicis et actoris subire nequeamus, Sacram et Serenissimam Maiestatem Vestram Regiam submississime praecamur, dignetur pro superioritate atque auctoritate regia clementissimam Reipublicae huius rationem habere, necnon Illustrem Principem in appellatione ea iustificanda officii debiti benigne commonefacere, ut videlicet Illustritas illius talem, quam pientissimum Principem decet, erga hanc civitatem se exhibeat idque, quod ius ipsum et sancta iusticia dictaverit, adversus memoratum Schmalian decernat atque exequatur, eo perpenso Reipublicae interesse provincias malis hominibus, quo in quieto maneant, purgari poenasque delinquentibus non remitti. Faciet Sacra Maiestas Vestra Regia rem se maxime dignam iurique ac tranquillitati publicae convenientem, placitis servitiis fidelium subditorum omni tempore vitaeque statu humilime promerendam.

Eiusdem Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae  
subditi humili

Burgrabiis, Proconsules, Consules, Advocatus  
et cuncti Ordines civitatis Elbingensis.

a) *in margine.*

Varsaviae, 25.IV.1572.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de navi oratoris regis Sueciae, Ioannis III Regiomonti detenta, libere  
dimitienda deque aliquot mercenariis eidem navi concedendis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos et Amice Charissime.*

Conqueritur nobis Nobilis et Generosus Andreas Lorichius, Serenissimi Suecorum Regis ad nos allegatus Orator, navem quandam in sui securitatem sibi additam et ad certos Serenitatis eiusdem usus destinatam, quae tempestatibus laesa Regiomonti hyberna habuerit, quamque idem Orator in Suetiam remittere parat, ab Illustritate Tua sub arresti praetextu in maximum ipsius Serenitatis Suetiae praeiuditum et impediiri et detineri. Quam sane rem<sup>a)</sup> nos non mirari non possumus, praesertim cum Serenitatis illius, Domini, fratri et affinis nostri amicissimi, eiusque fidelium quascunque res in Regno et dominii nostris nullatenus impediiri desideremus, nec nos lateat, quibus cum hostibus Serenitati ipsius res sit assidue gerenda, tum etiam nostrum non sit de eius Serenitatis consiliis et institutis inquirere, multo minus arrestamentis eiusmodi in bona Serenitatis eius, quae nunquam ad id occasionem dererit, nec quempiam ulla affecerit iniuria aut damno, quasi iudicium aliquod exercere. Quae vero fidelibus et subditis nostris de reprimendis navibus expeditoriis mandata sunt, ea quidem ad illius Serenitatem eiusve fideles se non extendere ipsam Illustritatem Tuam iam videre putamus.

Hortamur itaque Illustritatem Tuam ab eaque benigne et peramice postulamus, ut cum Domini, fratri, affinis ac vicini nostri charissimi, tum Regni ac dominiorum nostrorum, atque adeo suae ipsius vicinitatis observantiae rationem habens, memoratam navem illam cum omnibus et singulis victualiis, tormentis et id genus pertinentiis reliquis liberam quam primum et impeditam<sup>b)</sup> dimitti curet et eidem, quia aliunde necessarii homines ad eandem navem haberi nequeunt, mercenarios, quot sufficient, benevole concedat. Qua quidem in re Illustritas Tua rem nobis fecerit gratissimam et illius Serenitati non minus quam nobis acceptam. Illustritatem Tuam quam diutissime valere desideramus. Datum Warschoviae, die XXV mensis Aprilis, anno Domini MDLXXII, Regni vero nostri XXXXIII.

<sup>b)</sup> Franciscus Crasinsky Regni Poloniae Vicecancellarius,  
ex chiragra Regia Maiestate laborante, subscrispsit.<sup>c)</sup>

<sup>a)</sup> in ms. correctum ex: Quae sane res.

<sup>b)-c)</sup> manu propria Francisci Krasiński.

<sup>z)</sup> sic in ms.

N. 1234.

Varsaviae, 9.V.1572.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Casparo Itowski, subdito suo, iniuriis et damnis a capitaneo Iohannisburgensi aliisque subditis ducis affecto.*

*Sigill. VIIa.*

*(Annexum: Sigismundum Augustus commissariis suis ad eandem rem deputatis, de eadem die, exempl.)*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1235.

Varsaviae, 20.V.1572.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro nobili Paulo Sadlński (in ms. Szadlinski), ut ei rescripta quaedam  
ex cancellaria ducis expromere liceat.*

*Sigill. VIII sine inscript.*

*H B A, B 1, K.326.*

N. 1236.

Varsaviae, 31.V.1572.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de mercatoribus solutionem telonei effugientibus persequendis.*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.326.*

*Sigismundus Augustus etc.*

*Illustris Princeps, Domine, Nepos noster Charissime.*

*Consueverunt plurimi mercatores, qui in Regno nostro itidemque in ditionibus Illustritatis Vestrae negotiantur, merces suas, propterea ut praescriptas vias camerasque telonearias declinent et ita solutionem theloniorum nostrorum effugiant, per oppidum Illustritatis Vestrae Helck, ditionibus nostris conterminum, evehere, magno cum praeiudicio damnoque nostro. Amanter itaque petimus, ut pro Illustritatis Vestrae voluntate in nos, quam optimam semper esse cognovimus, Illustritas Vesta permittat ei, quem thelonies nostris praefecimus, nempe Generoso Iacobbo Rokossowsky, Succamerario Posnaniensi Capitaneoque Ostrzessoviensi, eiusmodi omnes mercatores, qui ab illius theloniei ministris cum mercibus ita se subripere deprehensi fuerint, in hoc oppido Illustritatis Vestrae Helck retinere et thelonie nostri solutionem exigere, sine ullo oppidanorum subditorumque Illustritatis Vestrae impedimento, vel, quod*

commodius esset nobis, in eodem oppido cameram theloneariam eidem theloniorum nostrorum Praefecto instituere suosque illic ministros ad hoc fovere Illustritas Vestra concedat. Quod Illustritas Vestra si faciet, non exiguum cumulum ad amorem benevolentiamque in nos additum esse ab Illustritate Vestra intelligemus. Quam diu feliciterque valere cupimus. Datae Warsoviae, ultima die Maii, anno Domini MDLXXII, Regni nostri XLIII.

a) Franciscus Crasinski Vicecancellarius Regni Poloniae,  
ex chiragra laborante Regia Maiestate, subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria Francisci Krasinski.*

N. 1237.

Varsaviae, 5.VI.1572.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
Alberto Friderico in Prussia duci  
se per oratores ducis Venceslaum Schack et Eberhardum Roggium re-  
sponsum ei dedisse significat.  
(Subscriptum: Franciscus Crasinski Episcopus Cracoviensis et Vice-  
cancellarius, Regia Maiestate ex chiragra laborante)*

*Sigill. VIIa.*

*H B A, B 1, K.326.*

*Iam ed.: Akta Podkanc. F. Krasinskiego, III, CCLXI.*

*Sigismundus Augustus obiit 7 Iulii 1572.*



ELENCHUS EPISTOLARUM

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
Sigismundus	Augustus	1563, XI.15 . . .	924	1565, IX.6 . . .	992
ad Albertum ducem:	"	XII.5 . . .	926	" IX.11 . . .	993
1563, I.23 . . .	856	XII.8 . . .	927	" IX.12 . . .	996
" I.25 . . .	857	XII.10 . . .	928	" X.6 . . .	997
" II.3 . . .	858	XII.10 . . .	929	" X.8 . . .	998
" II.10 . . .	859	XII.21 . . .	931	" X.12 . . .	999
" II.14 . . .	860	XII.27 . . .	932	" XII.10 . . .	1001
" III.30 . . .	866	1564, I.18 . . .	933	1566, I.4 . . .	1002
" IV.5 . . .	867	" II.11 . . .	935	" I.16 . . .	1003
" IV.8 . . .	868	" II.14 . . .	936	" I.26 . . .	1004
" IV.19 . . .	869	" II.25 . . .	937	" II.9 . . .	1005
" IV.19 . . .	870	" IV.6 . . .	938	" II.14 . . .	1006
" IV.23 . . .	871	" IV.10 . . .	939	" II.27 . . .	1007
" IV.23 . . .	872	" IV.12 . . .	940	" III.2 . . .	1008
" IV.25 . . .	873	" IV.21 . . .	941	" III.10 . . .	1009
" V.4 . . .	874	" IV.24 . . .	942	" III.17 . . .	1010
" V.9 . . .	875	" V.2 . . .	943	" IV.27 . . .	1011
" V.11 . . .	876	" V.3 . . .	944	" IV.30 . . .	1012
" V.12 . . .	877	" V.4 . . .	945	" V.20 . . .	1015
" V.15 . . .	878	" V.14 . . .	947	" V.21 . . .	1016
" V.19 . . .	879	" V.15 . . .	948	" VI.8 . . .	1017
" V.25 . . .	880	" V.26 . . .	949	" VI.25 . . .	1019
" V.27 . . .	881	" VI.20 . . .	952	" VI.25 . . .	1020
" V.31 . . .	882	" VI.27 . . .	954	" VI.30 . . .	1021
" VI.8 . . .	883	" VI.29 . . .	955	" VII.1 . . .	1022
" VI.13 . . .	885	" VII.28 . . .	956	" VII.13 . . .	1023
" VI.23 . . .	886	" VIII.3 . . .	957	" VII.15 . . .	1024
" VII.11 . . .	888	" VIII.19 . . .	960	" VII.20 . . .	1025
" VII.20 . . .	890	" IX.4 . . .	961	" VII.20 . . .	1026
" VII.23 . . .	891	" IX.6 . . .	962	" VIII.15 . . .	1027
" VII.23 . . .	893	" IX.14 . . .	963	" VIII.26 . . .	1028
" VII.26 . . .	894	" IX.16 . . .	964	" IX.4 . . .	1029
" VII.27 . . .	895	" IX.28 . . .	965	" IX.5 . . .	1030
" VII.27 . . .	896	" X.19 . . .	966	" IX.6 . . .	1031
" VII.28 . . .	897	" XI.16 . . .	967	" IX.7 . . .	1032
" VIII.6 . . .	900	" XI.20 . . .	968	" X.3 . . .	1033
" VIII.27 . . .	902	" XII.23 . . .	970	" X.15 . . .	1035
" VIII.30 . . .	903	" XII.31 . . .	971	" X.17 . . .	1036
" IX.2 . . .	904	1565, I.20 . . .	973	" XI.22 . . .	1038
" IX.3 . . .	905	" II.23 . . .	974	" XI.23 . . .	1039
" IX.4 . . .	906	" II.20 . . .	975	" XI.24 . . .	1040
" IX.6 . . .	907	" III.15 . . .	976	" XII.1 . . .	1041
" IX.9 . . .	908	" III.25 . . .	977	" XII.2 . . .	1042
" IX.10 . . .	909	" III.31 . . .	978	" XII.3 . . .	1043
" IX.11 . . .	910	" IV.7 . . .	979	" XII.4 . . .	1044
" IX.13 . . .	911	" IV.10 . . .	980	" XII.4 . . .	1045
" IX.14 . . .	912	" V.13 . . .	981	" XII.6 . . .	1046
" IX.22 . . .	914	" V.27 . . .	983	" XII.6 . . .	1047
" IX.28 . . .	916	" VI.3 . . .	984	" XII.31 . . .	1048
" IX.29 . . .	917	" VII.6 . . .	985	1567, I.8 . . .	1049
" X.5 . . .	919	" VII.10 . . .	986	" I.9 . . .	1050
" X.11 . . .	920	" VIII.4 . . .	988	" I.17 . . .	1052
" X.17 . . .	921	" VIII.19 . . .	990	" I.28 . . .	1053
" X.21 . . .	922	" VIII.24 . . .	991	" I.31 . . .	1054

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
1567, I — . . .	1055	1568, VI.8 . . .	1123	1571, VII.26 . . .	1220
» II.3 . . .	1056	» VI.3 . . .	1124	» VIII.25 . . .	1221
» II.3 . . .	1057	» VII.27 . . .	1128	» VIII.27 . . .	1222
» II.4 . . .	1058	» VII.1 . . .	1132	» VIII.31 . . .	1223
» II.6 . . .	1059	» VII.8 . . .	1133	» VIII.31 . . .	1224
» II.17 . . .	1060	» VIII.13 . . .	1138	» IX.18 . . .	1225
» II.18 . . .	1061	» VIII.14 . . .	1140	» IX.30 . . .	1226
» II.20 . . .	1062	» IX.13 . . .	1142	» IX.30 . . .	1227
» II.26 . . .	1063	» IX.17 . . .	1143	» X.7 . . .	1228
» III.8 . . .	1064	» XII.1 . . .	1148	» XI.30 . . .	1229
» III.10 . . .	1065	1569, I.18 . . .	1152	1572, I.27 . . .	1230
» III.25 . . .	1066	» III.11 . . .	1155	» III.9 . . .	1231
» IV.10 . . .	1067	» III.14 . . .	1156	» III.14 . . .	1232
» IV.12 . . .	1068	» III.20 . . .	1157	» IV.25 . . .	1233
» IV.18 . . .	1069	» III.21 . . .	1158	» V.9 . . .	1234
» IV.22 . . .	1070	» III.27 . . .	1159	» V.20 . . .	1235
» IV.26 . . .	1071	» V.8 . . .	1161	» V.31 . . .	1236
» V.12 . . .	1072	» V.26 . . .	1162	» VI.5 . . .	1237
» V.20 . . .	1073	» VII.24 . . .	1164	Sigismundus Augustus	
» V.20 . . .	1074	» VIII.11 . . .	1171	aliis:	
» V.27 . . .	1075	» IX.1 . . .	1173	1563, — — Christia-	
» V.29 . . .	1076	» IX.3 . . .	1174	no duci Megap-	
» VI.4 . . .	1077	» IX.9 . . .	1175	pol. . . . .	887
» VI.5 . . .	1078	» IX.15 . . .	1177	» VII.23. Uni-	
» VI.15 . . .	1079	» IX.16 . . .	1178	versis . . . .	892
» VI.16 . . .	1080	» IX.21 . . .	1179	» VIII.4. Uni-	
» VII.8 . . .	1082	» X.12 . . .	1181	versis . . . .	899
» VII.11 . . .	1083	» X.24 . . .	1182	» VIII.15. Ioan-	
» VII.19 . . .	1084	» XI.3 . . .	1183	ni Alberto du-	
» VIII.6 . . .	1085	» XI.6 . . .	1184	ci Megapol. . .	901
» VIII.19 . . .	1086	» XI.21 . . .	1185	» XII.8. Alberti	
» VIII.19 . . .	1087	» XI.25 . . .	1186	ducis consilia-	
» VIII.20 . . .	1088	1570, I.28 . . .	1188	riis . . . . .	927
» VIII.23 . . .	1089	» II.2 . . .	1190	1564, VI.15. Procon-	
» IX.2 . . .	1090	» III.20 . . .	1191	sulibus et con-	
» IX.4 . . .	1091	» IV.23 . . .	1192	sulibus Gedan-	
» IX.16 . . .	1092	» V.26 . . .	1194	nen. . . . .	950
» X.3 . . .	1093	» VI.18 . . .	1195	» VIII.14. Ioan-	
» X.18 . . .	1094	1571, I.5 . . .	1196	ni Kostka, ca-	
» XI.4 . . .	1096	» I.23 . . .	1197	st. Gedan. . .	958
» XI.10 . . .	1098	» I.31 . . .	1199	1567, I.11. Gottardo	
» XII.12 . . .	1100	» III.3 . . .	1201	Kettler, duci	
» XII.14 . . .	1101	» III.15 . . .	1202	Curlan. . . . .	1051
» XII.20 . . .	1102	» III.23 . . .	1203	» VII.4. Consi-	
1568, I.2 . . .	1103	» III.28 . . .	1205	liariis Prus-	
» II.7 . . .	1104	» III.30 . . .	1206	siae . . . . .	1081
» II.12 . . .	1105	» IV.1 . . .	1207	» XI.5. Consi-	
» II.20 . . .	1106	» IV.19 . . .	1208	riariis Alberti	
» III.19 . . .	1107	» IV.25 . . .	1209	ducis . . . . .	1097
» III.20 . . .	1108	» V.1 . . .	1210	» XI.12. Consi-	
» III.25 . . .	1110	» V.27 . . .	1211	liariis Alberti	
Sigismundus Augustus		» V.28 . . .	1212	ducis . . . . .	1099
ad Albertum Frideri-		» VI.9 . . .	1213	1568, III.30. Duca-	
cum ducem:		» VI.28 . . .	1214	tus Prussiae	
1568, III.20 . . .	1109	» VII.1 . . .	1215	consiliariis . .	1111
» III.30 . . .	1111	» VII.8 . . .	1216	» IV.3. Ducatus	
» IV.26 . . .	1114	» VII.14 . . .	1217	Prussiae gu-	
» VI.5 . . .	1119	» VII.18 . . .	1218	bernatoribus . .	1113
» VI.7 . . .	1121	» VII.25 . . .	1219		

DAT.	NR.	DAT.	NR.	DAT.	NR.
1568, IV.26. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1115	1568, IX.21. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1145	1570, IV.24. Ducatus Prussiae consiliariis . . . . .	1193
» V.6. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1117	» IX.22. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1146	1571, III.27. Augusto duci Saxoniae electori . . . . .	1204
» V.8. Consiliariis Regni Poloniae . . . . .	1118	» XI.17. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1147	Catharina regina ad Albertum ducem: . . . . .	
» VI.5. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1120	» XII.1. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1149	1563, I.8. . . . .	855
» VI.7. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1122	» XII.20. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1150	» II.20. . . . .	861
» VI.9. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1125	1569, I.22. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1153	» II.26. . . . .	862
» VI.9. Ducus in Prussia consiliariis et tu- toribus . . . . .	1126	» III.7. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1154	» III.15. . . . .	864
» VI.16. Ducus in Prussia consiliariis . . . . .	1127	» VII.19. Uni- versis . . . . .	1163	» III.16. . . . .	865
» VI.27. Consiliariis Ducatus Prussiae . . . . .	1129	» VII.25. Regen- tibus Ducatus Prussiae . . . . .	1165	» VII.12. . . . .	889
» VII.1. Ducus in Prussia consiliariis . . . . .	1130	» VII.25. Duca- tus Prussiae gu- bernatoribus . . . . .	1166	» VII.29. . . . .	898
» VII.1. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1131	» VII.25. In Prussia ducis consiliariis et et consiliariis . . . . .	1167	» IX.15. . . . .	913
» VII.8. Ducatus Prussiae gubernatoribus . . . . .	1134	» VIII.2. In Prussia ducis gubernatori- bus et consili- ariis . . . . .	1168	» IX.24. . . . .	915
» VII.10. Stati- bus et ordinibus Ducatus Prussiae . . . . .	1135	» VIII.4. Duca- tus Prussiae consiliarii . . . . .	1169	» X.4. . . . .	918
» VII.24. Ducus in Prussia tu- toribus . . . . .	1136	» VIII.9. Duca- tus Prussiae gubernatori- bus . . . . .	1568, 1569,	» XI.8. . . . .	923
» VIII.12. Duca- tus Prussiae gubernatori- bus . . . . .	1137	» VIII.13. Pro- consuli, con- sulibus, advo- cato et scabi- nis Regio- montanis . . . . .	1170	» XII.1. . . . .	925
» VIII.13. Con- siliariis Ducatus Prussiae . . . . .	1139	» IX.12. Duca- tus Prussiae consiliariis . . . . .	1172	» XII.15. . . . .	930
» VIII.15. Duca- tus Prussiae gubernatori- bus . . . . .	1141	1570, II.1. Duca- tus Prussiae con- siliariis . . . . .	1176	1563, I.25. . . . .	934
» IX.17. Duca- tus Prussiae consiliariis . . . . .	1144	1570, II.1. Duca- tus Prussiae con- siliariis . . . . .	1189	» V.3. . . . .	934
				» V.4. Cathari- na regina gu- bernatoribus . . . . .	934
				Ducatus Prus- siae . . . . .	1116
				1567, VI.10. Frideri- cus II rex Da- niae Sigismun- do Augusto regi Poloniae	884



## INDEX NOMINUM PROPRIORUM

*Hoc in Indice nulla ratio habita est nominum propriorum in Introductione vel in notis bibliographicis occurrentium. Numeri non ad paginas, sed ad documenta referuntur.*

### A

AARON, Iudeus, 1157.  
 ABRAHAM (Jabram), Iudeus de Troki, 1087.  
 ABRAHAM, Iudeus de Tykocin, 1084.  
 « ABRAHAM », navis Suedica, 890, 896.  
 ADAMUS, advocatus in Raigrod, 1021.  
 ADOLPHUS dux Holsatiae, 858, 868.  
 ALBERTUS dux Megapolensis, *v.* Ioannes Albertus.  
 ALBERTUS marchio Brandenb., dux in Prussia, *passim*.  
 ALBERTUS FRIDERICUS, marchio Brandenb., ducis Alberti filius, dux in Prussia, 1041, 1109, 1112, 1114, 1116, 1119, 1121, 1123-4, 1126-8, 1130, 1132-3, 1136, 1138, 1140, 1142-3, 1148, 1151-2, 1155-64, 1171, 1173-5, 1177-88, 1190-2, 1194-1203, 1205-37.  
 ALDENBOGIUS CASPARUS, militum stipendiariorum duxtor, 891.  
 ANNA, dux Megapolensis, 997.  
 ANNA MARIA, dux Brunsvincen., 2. uxor Alberti in Prussia ducis, 1112.  
 ARMEŃIA, 1094.  
 AUGUSTANA confessio, 1163.  
 AUGUSTUS, elector Saxoniae, 1186, 1204-5.  
 AULAK (Aulack) Fridericus, consil. ducis, Calvinista, 960, 1166, 1206.  
 AUSTRIA, Austriaca Domus, 1000, 1077, 1103.

### B

BADENSIUS marchio, *v.* Christophorus II.  
 BAISEN *v.* Bażyński.  
 BALGENSIS, 944.  
 BALTHICUM mare, 868.  
 BARANOWICZ Anna, nata Daczbogówna, 947.  
 BARANOWICZ Georgius, 947.  
 BARNIM IX, dux Pomeraniae, 860, 868-9, 875, 903-4, 917, 968, 1048, 1083, 1093, 1103, 1159.  
 BARTHOLOMAEI ap. festum, 899.  
 BAUSCENSIS, 1051.  
 BAZYŃSKI (Bazinski, a Baisen) Georgius, aulicus et internunt. reg. Pol., 907-10, 912, 922.  
 BELZENSIS, 924.  
 BENCZK Petrus, nob. Pol., 979.  
 BENCZK Valentinus, de Szczuki, filius Petri, nob. Pol., 979, 1082.  
 BERSZTANENSES silvae, *v.* Birsztany.  
 BIALA (Biała), opp. 1021.  
 BIECENSIS, 1024, 1026.

BIELSKO (Bielsco), Bielsk, 949-50, 952, 954-5.  
 BILEŃSKI Paricz Ioannes, nob. Pol., 1181.  
 BILEWICZ Christophorus, nob. Pol., 1028.  
 BILEWICZ Nicolaus, nob. Pol., 1028.  
 BIRSZTANY Bersztanenses silvae in Lith., 1040.  
 BLEBICZ Blasius, Pruthenus, 1129.  
 BOGNER Antonius, civ. Regiomont., 1141.  
 BOGNER Gertrudis, vidua Antonii, civ. Regiomont., 1141.  
 BOGNER Urbanus, frater Antonii, civ. Regiomont., 1141.  
 BOLEMAN (Pollman) Ioannes, subd. reg. Pol., 1001, 1164.  
 BRAHE Petrus, comes a Wisingborch (Wisingborchi) baro in Ribbenholm (Rydebehelm), consil. reg. Sueciae, 962.  
 BRANDENBURGIA (Brandenburckh), Brandenburgensis, 860, 867, 948, 1002, 1103, 1112, 1152, 1205, 1208.  
 BRESTA, Brześć (Brzescie, Brzesck) in Lith., Brestensis, 1024, 1026, 1070, 1084, 1121-2.  
 BRIGELIUS Leonardus, notarius, 1229.  
 BRICK v. Brzeg.  
 BRINDZA *v.* Bryndza.  
 BRUDZEWSKA Elisabetha de Sieprc, vidua Nicolai Brudzewski, pal. Lanciciensis, 872, 1073, 1213, 1229.  
 BRUDZEWSKI Jarant Nicolaus (de Brudzewo), pal. Lanciciensis, 872, 1213.  
 BRUKENDORFF Gasparus, subd. ducis in Prussia, homicida, 920.  
 BRUNO Michael, legatus ducis in Prussia, cancell., 1051.  
 BRUNSVICENSES (Praunschweig), 868-9, 877, 881-3, 885-6, 903-5, 907-13, 915, 917-18, 920, 922, 924, 1098.  
 BRUNSVIGA, opp. in Saxonia Inf., 881.  
 BRYNDA (Brindza) Alexander, aulicus reg. Pol., 967.  
 BRZEG (Brzeg), 860.  
 BRZESTEK, BRZESTENSIUS, *v.* Bresta in Lith.  
 BRZOSTOWSKI Erasmus, 1199.  
 BRZOZOWSKI Casparus, nob. Pol., subd. ducis in Prussia, 987.  
 BSUN Benedictus, civ. Regiomont., 1003.  
 BUCHHOLZ (Bucholtz, Bucholcz) Ioannes, 921, 937.  
 BUCHNER ANDREAS, consul Tilsen., 1127.  
 BURS, bona in distr. Soldaviensi, 1221.  
 BURSKI Nicolaus, servitor Catharinae reg. Pol., 1160.  
 BÜTHNER (Buthner, Butner) Bernardus, procons. Caunensis, 1097, 1105, 1153.

## C

CAESAR Petrus, servitor electoris Saxoniae, 1078, 1186, 1204-5.  
CANICZ v. Kanitz.  
CAROLUS archidux Austriae, 861.  
CAROLUS IX rex Galliae, 949, 962.  
CARTHUSIA (Karthaus), monasterium prope Gedanum, 950.  
CATHARINA reg. Pol., 855, 861-2, 864-5, 889, 898, 913, 915, 918, 923, 925, 930, 934, 946, 949, 951, 953, 959, 969, 972, 982, 987, 989, 994-5, 1000, 1013-14, 1018, 1034, 1037, 1095, 1116, 1151, 1160, 1180, 1187, 1198, 1200.  
CATHERINA Jagellonica, uxor Ioannis ducis Finlandiae, 962.  
CAUNA (Cawna, Cowna, Kowno, Kawna, Krauen), Caunensis, 879, 882-3, 885-6, 894, 906, 911, 941, 958, 980, 984, 1061, 1084, 1097, 1102, 1107, 1146, 1153.  
CEICENSIS dioec., Ceicenses iudices, 1204.  
CEMA v. Czema.  
CHAIWOWO, bona, 979.  
CHODKIEWICZ (Chodkovicius, Kołtiewicz) Ioannes, cap. Samogitiae gener. et marsalculus M. D. Lith., 1046, 1064, 1083.  
CHRISTIANA Respublica, Christianitas, 962, 1210, 1220.  
CHRISTOPHORUS dux Megapol., coadiutor Rigen., postea electus archiep. Rigen., 858, 860, 868, 875, 887, 900-2, 917, 920, 928, 962, 1098.  
CHRISTOPHORUS II marchio Badensis, 984.  
CHURLANDT v. Curlandia.  
CIECHANOVENSIS (Czechanoviensis), 1221.  
CIESZYN, Theschinensis dux, 977.  
CLEPODIA (Kłajpeda, Memel), arx et portus in Liv., Memeliensis (Memliensis), 871, 1055, 1076, 1176, 1232.  
CNISSINUM (Knischin, Knissin, Knyshinum, Knyszinum), 877, 947-8, 961-4, 985-6, 1007, 1038-40, 1052-4, 1056-63, 1081-3, 1090-1, 1102, 1104-15, 1136-7, 1140-1, 1173-9, 1181-6.  
COBRIN (Kobrin), Cobrinensis, 1084.  
CONARSKI v. Konarski.  
CONINENSIS v. Konin.  
Cors Alexander, a, rothmagister reg. Pol., 1053.  
COSSMACEWSKI v. Kosmaczewski.  
COSTCA v. Kostka.  
COVNA, Cowna v. Cauna.  
CRACOV (Krakov) Reinholdus, nob. Gedan., 899.  
CRACOVIENSIS, 1173, 1237.  
CRASINSKI v. Krasinski.  
CRECIUS v. Kreitzen.  
CREICZ v. Kreitzen Christophorus.  
CRETINGENSIS v. Krettingensis.  
CREUCZ v. Kreitzen.  
CREYGEN v. Kreitzen.  
CROMERUS Martinus, canon. Cracoviensis, 1173.  
CRUCIFERI, 870.  
CUIAVIA, 944.  
CULMENSIS, 908, 963, 1221, 1229.  
CURLANDIA (Churlandt), 858, 883, 891, 893, 902-3, 911, 922, 948, 952, 955, 962, 968, 981, 990, 997, 1004, 1009, 1035, 1051.  
CURONIA, 962, 997.  
CZARNKOWSKI (a Czarnkow) Stanislaus Sandi-

vogius, referend. curiae Regni Pol., commendator Posnanien., cap. Drahimensis et Inowlodensis, 873, 1103, 1225.  
CZEMA (Cema, Zehnen), Achatius, pal. Marienb., 866, 869, 879, 883, 888, 900, 903, 908, 958.  
CZEMA (Cema, Zehnen), Fabianus, pal. Pomer., postea pal. Marienb., 885, 948, 952, 1002.  
CZENCKER Henricus, subd. ducis in Prussia, 1222.  
CZIECHANOVENSIS v. Ciechanoviensis.

## D

DĄBROWICA (Dambrowicza) v. Firley.  
DĄCZBOGOWNA (recte: Daczbogowa) Apollonia, 947.  
DAN v. Dohna.  
DANAI, 908.  
DANIA (Dennewmark), Danicus, 867-8, 879, 882, 884, 891, 900, 903, 908, 911, 919-20, 924, 926, 928, 931, 960, 962, 968, 996, 1022.  
DANTZIG, Danzig v. Gedanum.  
DARGITZ Casparus, consil. ducis in Prussia, 1129.  
DEBEN Casparus, a, scabinus terrae Michaloviensis, 1110.  
DENNEMARK v. Dania.  
DERPTA, opp. in Livonia, 971.  
DERSCHOVIENSIS v. Dirsoviensis.  
DERSKAW Bernardus, civ. Gedan., 1003.  
DERSKAW Birgitta, vidua Bernardi Derskaw, 1003.  
DEUTSCH, Deutz v. Germania.  
DEUTSCHER ORDEN v. Theutonicus Ordo.  
DIRSOVIENSIS, Derschoviensis, 958, 1024, 1026, 1070, 1121.  
DOBNIENSIS commendator, 955.  
DOCHER v. Scalichius.  
DOHNA (Dan, Don, Dona, Ton) dominus a, 1037, 1083, 1151.  
DOHNA (Don) Abraham, a, consil. ducis in Prussia, 1129.  
DOHNA (Dhon) Achatius, burgrarius a, 1151.  
DRAHIMENSIS, 1103, 1225.  
DRWĘCA, fl., 1110.  
DUNINORUM arx, familia, 968, 971.  
DZIAŁOVIENSIS v. Soldaviensis.  
DZIAŁYŃSKI (Dzialinski) Ioannes, pal. Culmen., 908, 963, 1221, 1229.

## E

EDEN Martinus, ab, abbas monasterii Carthuae, 950.  
EFFERER Martinus, servitor ducis in Prussia, 953.  
EIFFLANDT v. Livonia.  
EINWALDT Hieronymus, subd. ducis in Prussia, 1219.  
EISAKS (Eisack) Ioannes, 1223.  
ELBINGENSIS, 891, 1159, 1195, 1232.  
ELK (Helck) opp., Elcensis (Licensis), 1046-7, 1163, 1236.

EMDE Conradus ab, equitum magister, 955.  
EMDE, Emden (Embden) Thomas, ab, 957,  
1025, 1136.  
ERICUS dux Brunsvicensis, 868-9, 877, 881-2,  
885-6, 891, 903-5, 907-13, 915, 917-8, 920, 922,  
924, 1098.  
ERICUS XIV rex Sueciae, 860, 868-9, 875, 882-3,  
891, 900-1, 903, 920, 922, 926, 931, 962, 968,  
1076, 1098.

## F

FASOLT, nob., 1078.  
FASOLT Casparus, consil. ducis in Prussia,  
1129.  
FASOLT (Waselt) Christophorus, burgr. Regio-  
mont., praef. Ustroensis, 1040, 1048.  
FASOLT (Faselt) Georgius, supr. burgr. Regio-  
mont., 1038.  
FERBER Constantinus, 1169.  
FERNANDUS I imp., 863, 869, 887, 959-60.  
FIGENAU Michael, servitor reg. Pol., 890, 896.  
FINCK (Phinca) Albertus, nob. Pruth., 872.  
FINCK (Finckius) Bartholomaeus, nob., 1229.  
FINCK (Finckius) Felix, nob., 1229.  
FINCK (Fink) Rupertus, medicus Catharinae  
reg. Pol., 923, 992, 995.  
FINLANDIA, 860, 903, 922, 924, 926, 962.  
FIRLEY Nicolaus de Dabrowica (Dąmbrowicza),  
secret. reg. Pol., 1026.  
FIRSTEMBERGIUS v. Fürstenberg.  
FOLLER Ioannes Albertus, servitor reg. Pol.,  
1178.  
FRANCI, Franckhreich, v. Gallia.  
FRANCONICUM feudum, 1151, 1159.  
FRIDERICUS II rex Daniae, 868, 879, 882, 884,  
891, 900, 903, 908, 911, 919-20, 924, 926,  
928, 931, 960, 962, 968, 996, 1022.  
FRIDERICUS III pal. Rheni, 902.  
FRIDEWALDUS, 891.  
FÜRSTENBERG (Fürstembergius) Gulielmus, ma-  
gister Ord. Theut. in Livonia, 962, 971.

## G

GABLINTZ Ioannes, nob. Pruth., 1129.  
GALCZEWSKI Georgius, nob. Pol., 1020.  
GALLIA (Francia, Franckhreich, Franci), Gal-  
lius, Gallicus, 949, 962.  
GĄSIORY v. Majdowski.  
GEDANUM (Dantzig, Danzig), Gedanensis, 860,  
868-9, 878, 880, 883, 899, 902-3, 917, 922, 924,  
941, 950, 958, 978, 986, 998, 1003-4, 1009-10,  
1024, 1026, 1058, 1061, 1064, 1070, 1098, 1114-5,  
1121-2, 1137, 1147, 1159, 1168.  
GELHORN Michael, subd. ducis in Prussia, 937.  
GELLER Michael, civ. Regiomont., 954, 976.  
GERMANIA, Germanicus (Deutsch, Deutz), 860,  
874-5, 877, 880-1, 885, 891, 904-5, 922, 928,  
952, 962, 969, 987, 996-7, 1062, 1089, 1118,  
1161, 1220.  
GERMANICA versio, 1118, 1135, 1169.  
GERMANICE scriptum doc., 855, 860-1, 864-5,  
889, 913, 918, 923, 925, 929-30, 934, 946,  
951, 953-4, 982, 987, 989, 994-5, 998, 1003,

1018, 1024, 1080, 1084, 1095-6, 1099, 1116,  
1133, 1145-6, 1151, 1160, 1165, 1171, 1180-1,  
1187, 1196, 1198, 1200, 1226-8.

GERSDORFF Henricus, rothmagister reg. Pol.,  
1006, 1041, 1085.

GILGENBURGENSIS districtus, 1006.

GLINKI Albertus, de, 1162.

GLINKI Paulus, de, 1162.

GLINKI Stanislaus, de, 1162.

GNEZNA, Gniezno, 1087.

GNOINSKI (Gnoynski) Felix, nob. Pol., 1211,  
1221.

GNOJNICKI (Gnoynski) Petrus, nob. Pol., 1211,  
1221.

GNOJEŃSKI (Gnojński), nob. Pol., 1229.

GNOJNO (Gnoyno), bona nobilium Gnojński,  
1221.

GOCZALKOWO, bona in Prussia Duc., 1050.

GOGICZ Leonardus, 1096, 1099.

GOLIŃSKI (Goliński) Ioannes (*in ms. etiam*  
Stanislaus), subd. reg. Pol., 1126, 1133-4.

GOLZ Gottardus, civis Regiomont., 1174.

GONDINSIENSIS v. Gorzdinensis.

GORIN, bona in Prussia Duc., 1050.

GÓRNICKI (Gorniccki) Lucas, biblioth. regiae  
praefectus, 895.

GÓRNICKI Paulus, frater Lucae, 895.

GÓRZDINIENSIS (Gorzdensis, Gorstinensis, Gond-  
sinensis) districtus, 899.

GOTTPERGENSIS Alexander Sylvius, servitor du-  
cis Teschinensis, 977.

GOTTPERGENSIS Constantinus, scriba ducis Te-  
schinensis, 977.

GRABOWSKA Catharina, 1207.

GRAJEWSKI Christophorus, nob. Pol., 1069,  
1092, 1185.

GRAJEWSKI Petrus, nob. Pol., frater Christo-  
phori, 1007, 1069, 1092, 1185.

GRALEWSKI Stanislaus, servitor reg. Pol., 978.

GRAUDNICENSIS, 1033.

GREBON Georgius, de, nob. Pruth., 1129.

GROBIN, Grobinensis, arx in Curlandia, 1035,  
1176.

GRODNO (Grodnio), Grodnensis, 855, 861, 864-5,  
874, 878, 988, 990-3, 996, 1010, 1041-51, 1055,  
1084-9, 1092, 1117-35, 1138-9, 1162.

GROSSPOLEN v. Polonia Maior.

GUANINUS Ambrosius, Italus, 856.

GULIELMUS Ambrochius Brandenb., archiep. Ri-  
gen., 860, 867, 887.

Gutow, subd. ducis in Prussia, 1027.

## H

HAB, fretum, 944, 975.

HAFNIA, 884.

HAGENSTEINENSIS v. Hogensteinensis.

HANS, Hanns v. Ioannes.

HECHT Matthias, 1181.

HEIDENREICH Adamus, Pruth., 1129.

HEILIGENBEILENSIS (Heiligbeilensis) conventus,  
1104, 1125.

HEILSPERCK, 1024.

HELCK v. EHk.

HELMESTETUM, 931.

HELMINGK Urbanus, subd. ducis in Prussia,  
989.

HETZ Gottardus, mercator Regiomont., 1084.  
HINCIJ Iacobus, mercium silvestrium in M. D.  
Lith. praefectus, 1203, 1219.  
HOFFMEISTER Vendelinus, Pruth., 1129.  
HOGENSTEINENSIS (Hohensteiniensis, Hagensteinensis) districtus, 1081, 1130.  
HOLSATIA, 858, 868.  
HOSHCO v. Isaacowitz.  
HOSIUS Stanislaus, card., ep. Varmien., 944,  
1010, 1024, 1173.  
HUNGARIA (Ungarn, Ungeran), 915, 949, 1210.

## I

IACQBI s. dies, 959.  
IACOBUS, Iudeus Brestensis, 1084.  
IAGELLONICUS, 962.  
IASVONENSIS (Iasuonensis), 916.  
IFLANDT v. Livonia.  
IŁGOWSKI Andreas, teleonorum Samogitiae  
exactor, 906.  
Iłowska Anna, nata Niszczyczka (de Niszczycze),  
Alex. Iłowski vidua, 945.  
Iłowski Alexander, pal. Plocensis, 945.  
Iłowski Casparius, subd. reg. Pol., 1234.  
Iłowski Stanislaus, palatinus Plocen., 1021.  
INOWLODENSIS, 1225.  
INSTERBURG (Unthersberg), 1047.  
INSULA MARIANA v. Quidzimum.  
IOACHIMICI floreni, 1137.  
IOACHIMUS Brandenburgensis, elector, 1103.  
IOANNES Albertus (Hanns), dux Megapolensis,  
860, 868-9, 877, 880-2, 901, 904, 908, 917, 922,  
928, 948, 960, 962, 965, 1031, 1159, 1186, 1210.  
IOANNES IV Basilides dux Moscoviae, 875, 1090,  
1194, 1220.  
IOANNES Brandenburg., dux Brigensis, 860.  
IOANNES Brandenburg., 1002, 1103.  
IOANNES dux Finlandiae, postea Ioannes III  
rex Sueciae, 860, 903, 922, 924, 926, 962, 1233.  
IOANNES FRIDERICUS dux Pomeraniae, 860, 868-9,  
903-4, 917, 968, 1083, 1093, 1103, 1159.  
IOANNES FRIDERICUS II elector, dux Saxoniae,  
903.  
IOANNES GEORGIUS Brandenb. elector, 1208.  
IOANNES SIGISMUNDUS rex Hungariae electus,  
1210.  
IOHANNISBURGENSIS, 1234.  
IONAS Christophorus, doctor, consil. ducis in  
Prussia, 877, 879, 910, 960, 962, 1129.  
JOSEPHOWICZ (Josephowicz) Israel, Iudeus Co-  
brinen., 1084.  
ISAACOWITZ Hoshco, Iudeus Grodnen., 991.  
ISTULA v. Vistula.  
ITALUS, 856.  
IUDAEI (Jude, Zid), 991, 1084, 1086-7, 1094,  
1156-7, 1172.  
IURBORK, Iurborgensis (Iurborcensis etc.) v.  
Jurbork.

## J

JABRAM v. Abraham.  
JARANTH (Jarand) Nicolaus de Brudzewo v.  
Brudzewski.

JOSEPHOWITZ v. Josephowicz.  
JUDE v. Iudeus.  
JURBORK (Iurbork), Iurborgensis (Iurborcensis,  
Iurboriensis), 906, 916, 939, 967, 988, 1012,  
1015, 1023, 1029-30, 1044, 1057, 1063, 1066-7,  
1106.

## K

KANITZ (Canicz) Fridericus, a, consil. ducis  
in Prussia, 1129.  
KANITZ (Canicz) Ioannes Albertus, a, nob.  
Pruth., 1129.  
KARTHAUS v. Carthusia.  
KATHARINA v. Catharina.  
KEMPEN Ioannes, de, 1169.  
KESSLER Hieronymus, Pruth., 1129.  
KETTLER (Kötler) Gottardus, dux Curlandiae,  
858, 883, 891, 893, 902-3, 911, 922, 948, 955,  
962, 968, 990, 997, 1004, 1009, 1035, 1051.  
KINSPERCK v. Regius Mons.  
KLAPEDA v. Cleipodia.  
KNEIPHOF (Knypawa), 1157.  
KNISSIN v. Cnissinum.  
KNYPAWA v. Kneiphof.  
KNYSCHYNIUM, Knyshinum v. Cnissinum.  
KOBERSEHE Bastianus, nob. Pruth., 1129.  
KOBRIK v. Cobrin.  
KOJDANOW, 1102-3.  
KOMOROWO, 933.  
KONARSKI Christophorus, aulicus et secret. reg.  
Pol., 911-2, 1030, 1044-5.  
KONIGSPERG v. Regius Mons.  
KONIN, Coninensis, 1026, 1070, 1121.  
KONOJACKI (Konojaczki) Ioannes, nob. Pol.,  
870.  
KOPP (Kopff) Ioannes, procurator mercium  
silvestr. in M. D. Lith., 871, 1174.  
Kos Nicolaus, praepos. Varmiensis, 975.  
KOŚCIELECKI Ioannes, pal. Siradien., praefectus  
Majoris Pol., 912.  
KOSMACZEWSKI (Cossmaczewski) Adamus, cubi-  
cul. reg. Pol., 914.  
KOSMACZEWSKI Cherubinus, nob. Pol., 933.  
KOSMOWSKI Ioannes, aulicus reg. Pol., 942,  
964, 1016.  
KOSOBUCKI (Kossobuczki) Nicolaus, notarius  
Plocen., 1221.  
Koss Thomas, possessor tabernae et molendi  
Regiomonti, 936, 973.  
KOSTKA (Costka) Ioannes, a Stembergk, cast.  
Gedanen., terrarum Prussiae thesaur., cap.  
Pucensis et Dirsovien., 892, 920, 958, 1004,  
1009-10, 1024, 1026, 1070, 1114-5, 1121-2.  
KOTKIEWICZ v. Chodkiewicz.  
KÖTLER v. Kettler.  
KOWALIENSIS, 1213, 1229.  
KRAKOW Reinholdus v. Cracov.  
KRASIŃSKI (Krassinski) Albertus. pocillator  
Ciechanovien., 1221.  
KRASIŃSKI (Crasinski) Franciscus, ep. Cracovi-  
en., vicecanc. Regni Pol., 1167-8, 1210,  
1233, 1236-7.  
KRAWEN v. Cauna.  
KREITZEN (Kreutz, Creicz) Christophorus, con-  
sil. ducis in Prussia, suprem. burgrabiis,  
1038, 1069, 1129.

- KREITZEN (Creicen) Ioannes, a, cancel. ducis in Prussia, 1069, 1129.  
 KREITZEN (Kreuzen) Melchior, poccillator reg. Catharinae, 1180.  
 KREITZEN (Creicen, Creycen, Creutz etc.) Volffangus, a, cap. Ostruden., 1078, 1080, 1110, 1129, 1155, 1204-5.  
 KRENZ Volfius (vel Volffangus), ducis in Prussia militum conscriptor, 883, 886.  
 KRESINI, villa in distr. Soldavensi, 1123.  
 KRETTINGENSIS (Cretingensis) districtus, 871, 899.  
 KREUTZ, Kreuzen v. Kreitzen.  
 KRISTOPORSKI v. Krzysztoporski.  
 KRYSKI (Kriski) Albertus, tribunus Zakrocymensis, 1221.  
 KRZYSZTOPORSKI (Kristoporski) Ioannes, cast. Vielunen., 1070.  
 KUFFEL Erasmus, servitor ducis in Prussia, 971.  
 KUNHEIM Erhardius, a, 861, 898, 951, 1200.  
 KUSZKOWICZ (Kuskowitz) Aaron, Iudaeus Grodnen., 1084.  
 KWIATKOWSKI (Quiatkowsky) Martinus, nob. Pol., 969-70.  
 KWILECKI (Quileczki) Hieronymus, scriba thesauri regii, tenutarius Iasvonen., 916.
- L
- LABGOVIENSIS via, 871.  
 LANCICIENSIS, 872, 1213, 1229.  
 LEBIEDZIOWO (Liebedziowo), 1096-9.  
 LESKIEWANGE Melchior, nob. Pruth., 1129.  
 LEWICKI (seu Szczuka) Valentinus, 1119-20.  
 LICENSIS v. Elk.  
 LIEBIEDZIOWO v. Lebiedzowo.  
 LIFFLANT v. Livonia.  
 LINCA (Linz), opp. in Austria, 1000, 1116, 1151, 1160, 1180, 1187, 1198, 1200.  
 LISSOWSKI Ioannes, servitor reg. Pol., 993.  
 LITHUANIA (Lituania, Litwania, Lithen), Lithuania, Litewski, 869, 875, 878, 880, 882, 885-6, 899, 900, 908, 928, 938-9, 941, 956, 961, 978, 986, 990, 1011-2, 1015, 1046, 1054-5, 1072, 1081, 1083-4, 1087, 1094, 1174, 1184, 1202-3, 1217.  
 LIUBLINUM v. Lublinum.  
 LIVONIA (Elflandt, Iflandt, Liffplant), Livonius, 858, 860, 868-9, 875, 878, 881-2, 887-8 891, 901-2, 904, 911-2, 924, 928, 940, 955, 958, 962, 971, 974, 981, 1022, 1031, 1053, 1064, 1090, 1098, 1194.  
 LOBE GLOGAN Ioannes, de, nob. Pruth., 1129.  
 LOISSEN Sibilla, vidua Ioannis Tombach, 1196.  
 LOMZA, Lomsensis, 858, 875-6, 943-4, 1142.  
 LORICHUS Andreas, orator reg. Sueciae, 1233.  
 LUBECENSIS, 868-9, 996.  
 LUBLINUM (Liublinum), Lublinensis, 1011-2, 1015-7, 1019-28, 1030-2, 1152-9, 1161, 1163-72, 1229.  
 LUBNER Casparus, civis Caunen., 941, 980, 1061.  
 LUBNER Ursula, vidua Caspari, 2o voto Szpili, 980, 1061.  
 LUDORFF Casparus, magister curiae ducis in Prussia, 1140.
- LUDOVICUS (Iagellonicus) rex Hungariae, 949.  
 LUDWIKOWO (Ludwigowo), villa, 979.  
 LWOWSKA Ursula, de Sieprc, cast. Kowaliensis, 878, 1073, 1213, 1229.
- M
- MAGDEBURGENSIS, 1204.  
 MAJDOWSKI Ioannes, de Gasiory, subd. reg. Pol., 1171.  
 MALBURGISCH v. Marienburgum.  
 Maria imp., Maximiliani II uxor, 1037.  
 MARIANA INSULA v. Quidzinum.  
 MARIENBURGUM, Marienburgensis (Malburgisch), 866, 869, 874, 879, 882-3, 888, 900, 903, 908, 920, 928, 944, 958, 1002.  
 MARIENWERDEN v. Quidzinum.  
 MARKOWO, 1093-4.  
 MARTINI s. dies, 902, 920, 1169.  
 MASOVIA, 912, 944, 981, 1027, 1054.  
 MASSAU (Massaw) Rudigerus, Iacobi et Pauli Wobeser nepos, ducis in Prussia filii servitor, 1056, 1169.  
 MAXIMILIANUS II rex Rom., postea imp., 862, 915, 960, 962, 1034, 1037, 1103, 1118, 1151, 1159, 1186, 1205, 1208, 1210.  
 MECHELBURCKE, Meckelburg v. Megapolis.  
 MEDZIRECENSIS (Medirecensis, Miedzirzecensis), 1026, 1070, 1121.  
 MEGAPOLIS (Megapolis, Mechelburckh, Meckelburg), Megapolensis, Megapolitanus, 858, 860, 868-9, 877, 880-2, 887, 901, 904, 908, 917, 922, 928, 948, 960, 962, 965, 997, 1031, 1098, 1159, 1186.  
 MEMEL, Memelensis v. Cleipodia.  
 MERLINUS v. Mörlin.  
 MICHAELIS s. dies, 900, 902, 1084.  
 MICHALOVIENSIS terra, 1110.  
 MIEDZIRZECENSIS v. Medzirecensis.  
 MIELNO, bona, 1229.  
 MIKITNICKI Valentinus, notar. Vilnen., 1036, 1049.  
 MIKULA Iacobus, subd. reg. Pol., 1019.  
 MILASZEWSKI (Milaschowsky) Stanislaus, servitor Gabrielis Tarlo, 982, 1013.  
 MILEŃSKI Alexander, abbas Tremesnensis, nuntius reg. Pol., 881.  
 MILLER Franciscus, civ. Gedan., 1137, 1147.  
 MISKOWSKI v. Myszkowski.  
 MISNIA, 1204.  
 MOELLER Franciscus, civ. Gedan., 1168.  
 MOHILIOVIENSIS, 978.  
 MONTFART Fridericus, Pruth., 1129.  
 MÖRLIN (Merlinus) Ioachimus, theologus Luther., 1166.  
 MOSCOWIA, Moscus, Moschus (Mosciclus) Moscovita (Moskewiterisch), 861, 875, 881-2, 891, 910-11, 971, 974, 976, 1090, 1097, 1102, 1194, 1220.  
 MOSZEWICZ (Moschevitz) Abraham, Iudaeus Mscibohoviensis, 1084.  
 MSTZIBOW, Mscibohoviensis (Mscziboviensis), 1084.  
 MULLER Michael, Pruth., 1029.  
 MYSZKOWSKI (Miskowski) Petrus, vicecanc. Regni Pol., 894, 965, 968, 974, 1020.

## N

NARUSZEWCZ (Naruszewicz), secret. reg. Pol. in M. D. Lith. et notar., 899.  
 NARZYM, villa Nicolai Narzymski, 1123.  
 NARZYMSKI (Narzimski) Nicolaus, cast. Sieprcen., 1065, 1123, 1183.  
 NARZYMSKI Thomas, pincerna Plocensis, 1065.  
 NEFFEL Casparus, nob. Pruthenus, 1129.  
 NEIDENBURGENSIS (Nidborgensis, Niedborensis), 933, 1175-6.  
 NEMEN *v.* Niemen.  
 NIECKOWSKI (Nieckowski) Mathias, serv. Valentini Szczuka, 1027.  
 NIEDBORENSIS *v.* Neidenburgensis.  
 NIEDZWIDNA, villa, 1021.  
 NIEMEN (Nemen), fl., 878, 938, 127, 1202.  
 NIESTANOVICZ Ioseph (Josek), Iudaeus de Troki, 1087.  
 NIMPTSCH Ioannes, civ. Torunien., 1216.  
 NISZCZYCE *v.* Ilowska Anna.  
 NISZCZYCKA Agnes de Sienno, vidua Stanislai, 943.  
 NISZCZYCKI Stanislaus, nob. Pol., 943.  
 NOWAK (Novach), Iudaeus Grodnensis, 1084.  
 NOWA WOLA (Wolia), Nowowolensis, bona reg. Pol., 939, 1015, 1029.  
 NOVUM MOLENDINUM, praefectura in Prussia, 1083.

## O

OELSEN Eustachius de, 972.  
 OLICENSIS (Olichensis), 954, 976.  
 OLSZTYN, opp. in Prussia Reg., 1142.  
 ORISKANENSIS, 906.  
 OSTRUDENSIS (Osterrodensis), 1080, 1110.  
 OSTRZESSOVIENSIS, 1236.  
 OSVECZINENSIS, 928.

## P

PACZOLTOWSKI, subd. ducis in Prussia, 1126.  
 PALONGENSIS *v.* Palangensis.  
 PANE Ioannes, centurio, 1064.  
 PANKROWICZ Sigismundus, stipator reg. Pol., 1071.  
 PARCZOWIA (Parczovium), Parczów, 892, 956-8, 960, 962.  
 PARKOMER Andreas (vel Henricus), ducis in Prussia militum conscriptor, 883, 886, 1129.  
 PAWLOWICZ Ioannes, nob. Pol., 1091.  
 PEŁCZKOWSKA Anna, nata Kosmaczewska, nob. Pol., 933.  
 PEŁCZNO (Pelczino), 979, 1027.  
 PERNOWIA, 962, 984.  
 PĘSKI Nicolaus, nob. Podlachien., 1177.  
 PETKOWICZ (Pethkowicz) Mathias, reg. Pol. minister a poculis, tenutar. Skierstomensis et Rosenensis, 916.  
 PETRICOVIA (Petherkaw, Pietricovia, Piotrkovia) Petricoviensis, 856-60, 866-73, 924, 966-8, 970-1, 973-81, 983-4, 1066-80.  
 PETROWICZ Urbanus, nob. ex Samog., 999.  
 PHINCA *v.* Fink.

PIETRICOVIA, Piotrkovia *v.* Petricovia.  
 PISSENSIS (Pisensis), 876, 979, 1021, 1027.  
 PLATO Vilhelmus, Pruth., 1129.  
 PLOCENSIS, 945, 1021, 1065, 1123, 1221.  
 PŁOWĘŻ (Plowasch), bona Ioannis Konojacki, 870.  
 PODLACHIA, Podlachiensis, 1052, 1177.  
 PODOSKI Lucas, can. Gnesn., leg. reg. Pol. ad imperat., 1205, 1208, 1210.  
 PODSKARBSKI Martinus, praef. silv. Iurborg., 916.  
 POKOMER Ditrichus, cap. Ragnetensis, 1127.  
 POLANGENSIS (Palongensis), 871, 899.  
 POLLMAN *v.* Bolesman.  
 POLOCIA (Polozko), 862, 1090.  
 POLONIA, Poloni, *passim*.  
 POLONIA MAIOR, Grosspolen, 912, 1014.  
 POLONICE, scriptum documentum, 1087, 1133.  
 POMERANIA, Pomeran, Pomeranicus (Pom-risch), 860, 867-9, 875, 882, 885, 903-4, 911, 917, 948, 952, 968, 1048, 1083, 1089, 1093, 1100, 1103, 1159, 1169.  
 POSADOWSKI (Possadowski) Venceslaus, archid. Austriae succam., 1077, 1212.  
 POSNANIENSIS, 1225, 1236.  
 PRAGA, 1208.  
 PRAUNSCHWEIG *v.* Brunsvincensis.  
 PROBUTY, arx, 1043.  
 PRUSKA Anna, vidua Melchioris Pruski, Vilnensis, 937, 1182.  
 PRUSKI Melchior, Vilnensis, 921, 937, 1145, 1182.  
 PRUSSIA, Pruthenus, Prussicus, *passim*.  
 PUCENSIS, 958, 1024, 1026, 1070, 1121.

## Q

QUIATKOWSKY *v.* Kwiatkowski.  
 QUIDZINUM (Marienwerder, Insula Mariana), 919.  
 QUILECZKI *v.* Kwiecki.

## R

RABE Anselmus, subd. reg. Pol., 1201, 1227-8, 1231.  
 RADOMIA (Radom), 864, 889, 898, 913, 915, 918, 923, 925, 930, 934, 946, 951, 953, 959, 969, 972, 982, 987, 989, 992, 994-5, 1000, 1013.  
 RADOSZKOWICE, 1100, 1101.  
 RADOWICKI Samson, nob. Pol., 1143-4.  
 RADZIWILL Nicolaus, pal. Viln., canc. M. D. Lith., 858, 899.  
 RADZYMIŃSKI Martinus, 1176.  
 RAGNETA, Ragnetensis (Ragneczki, Ragnaczki), 906, 1029, 1055, 1087, 1127.  
 RAIGROD opp., 1021.  
 RASTENBURG (Rastenbergk, Rastenberck), 883.  
 RAUSCHKEN *v.* Ruszkowski.  
 RAYSKI Stanislaus, cap. Olicensis, 954, 976.  
 REGIUS MONS (Regiomontam, Konigsberg, Kinsperck), Regiomontanus, 856, 871, 921, 936, 941, 954, 956, 961, 966, 973, 980, 989, 991, 1003, 1040, 1054, 1068, 1081, 1084, 1089, 1097, 1105, 1112, 1141, 1146, 1167, 1170, 1172, 1174,

- 1176, 1182, 1188-9, 1209, 1219, 1227, 1233.  
**REICHENAU** Elias, Pruth., 1129.  
**RHAB** Bartholomaeus, civ. Caunensis, 1146.  
**RHENUS**, fl., 902.  
**RHEOROWICZ** Ioannes, nob. ex Samog., 999.  
**RIBBENHOLM** v. Brahe .  
**RICHTER** Thomas, Pruth., 1129.  
**RIESENBURGENSIS** (Risemburgensis) capitaneatus, 1108.  
**RIGA**, Rigensis, 858, 860, 867, 880, 887, 900-1, 960, 962, 965, 981, 990, 996.  
**RIVOCZINY**, bona in distr. Soldaviensi, 1221.  
**ROGALE** (Rogalie), villa, 979.  
**ROGGIUS** Eberhardus, orator ducis in Prussia, 1237.  
**ROKOSOWSKI** Iacobus, succam. Posnan., cap. Ostrzessovien., 1236.  
**ROMA**, Romani, Römischi, 862, 887, 915, 944, 960, 962, 1103, 1118, 1173, 1204, 1210.  
**ROSENENSIS**, 916.  
**ROSENTRITT** Andreas, 1187.  
**ROSTOCHIUM** (Rostock), Rostochianus, 900-1, 920, 922, 962.  
**ROTUNDUS** Augustinus, secr. regius, advoc. Vilnen., 1036.  
**RUSSIA**, Ruteni, Ruthenicus, 1015, 1054, 1094.  
**RUSZKOWSKI** (Ruskowski, Rauschken) Alexander, cons. ducis in Prussia, 849, 891, 1129.  
**RUTENI**, Rutheni v. Russia.  
**RYDBEHELM** v. Brahe.

## S

- SADLIŃSKI** (Szadliński, Szedliński) Paulus, nob. Pol., 1161, 1235.  
**SAK** v. Schack.  
**SAKROCYMENSIS** v. Zakrocymensis.  
**SAŁATY** (Salati), 879.  
**SAŁKI** (Schalki), bona fratrum Wietwiński, 914, 1081.  
**SAMOGITIA**, Samogitiensis, 871, 906, 967, 988, 999, 1046, 1054, 1064, 1083, 1127, 1217.  
**SANDOMIRIENSIS**, 1173.  
**SAXONIA**, Saxonicus (Sechsisch), 881, 903, 1089, 1183, 1204-5.  
**SBOROWSKI** v. Zborowski.  
**SCALICHUS** (Scaliger, Schalichius) Paulus, alias Docher Paulus, impostor Croatus, 856, 862, 898, 1103.  
**SCHACK** (Sak, Shak, Szak) Venceslaus, a Stangenberg, orator ducis in Prussia, 1005, 1088, 1101, 1113, 1117, 1129, 1148, 1155, 1197, 1229-30, 1237.  
**SCHACK** (Sak, Shak, Szak) Casparus, 1129.  
**SCHALICHUS** v. Scalichius.  
**SCHALKI** v. Salki.  
**SCIMBARSKI** v. Szymbarski.  
**SCHLEFF** (Schiefflius) Balthasar, subd. ducis in Prussia, 1086, 1172.  
**SCHMALIAN** Ioachimus, 1232.  
**SCHUTZBAHR** Wolffangus, 974.  
**SCHWARTZ** (Szforcz) Nicolaus, iudex Neidenburghen., 1175-6.  
**SCHWEDER** v. Suecia.  
**SCHWORCZ** Nikel Ślawski, nob., nuncupatus Withmansdorff, 859, 1081.  
**SCZUKA**, SCZWKA v. Szczuka.
- SECHSISCH v. Saxonia.  
**SECLUCIANUS** Ioannes, praedicator Regiomontanus, 1059.  
**SEMPLOWSKI** Casparus, nob. Pol., 1138-9.  
**SHAK** v. Schack.  
**SHIMBURSKI** v. Szymbarski.  
**SICIENSKI** Ioannes, nob. iuvenis, nepos Henrici Gersdorff, 1041.  
**SIENNO**, pagus, 943.  
**SIEPRCZ** (Sieprcz), Sieprensis (Syeprcensis, Sziepricensis), 872, 1065, 1073, 1123, 1183, 1229.  
**SIEPRCZ** (Syeprz) Elisabetha, de, v. Brudzewska.  
**SIEPRCZ** Ursula, de, v. Lwowska.  
**SIGISMUNDUS AUGUSTUS** rex Pol., 856-60, 866-88, 890-97, 899-912, 914, 916-7, 919-22, 924, 926-9, 931-3, 935-45, 947-50, 952, 954-8, 960-8, 970-1, 973-81, 983-6, 988, 990-3, 996-9, 1001-12, 1015-17, 1019-33, 1035-6, 1038-94, 1096-1115, 1117-50, 1152-9, 1161-79, 1181-6, 1188-97, 1199, 1201-37.  
**SILESIA** (Slesia, Slesien, Schlesien), 860.  
**SIMON**, Iudeus Trocensis, 1087.  
**SIRADIENSIS**, 912.  
**SKAIEWO**, villa, 979.  
**SKARZINO**, bona Matthiae Szczuka in districtu Pissiensi, 876.  
**SKIERSTOMENSIS**, 916.  
**ŚLAWSKI** v. Schworcz Nikel.  
**ŚLAWSKI** Ioannes, nob. Podlachiensis, 1177.  
**ŚLUŻEWSKI** (a Śluzewo) Ioannes, pal. Brzesiensis, cap. Coninensis et Miedzirzecensis, 1024, 1026, 1070, 1121-2.  
**SOKOLOW**, subd. ducis in Prussia, 1027.  
**SOKOŁOWSKI** Ioannes, ducis in Prussia subd., famulus Matthiae Szymanowski, 1052.  
**SOLDAVIENSIS** (Dzialdoviensis), 1123, 1183, 1221, 1229.  
**SOLIKOWSKI** (Sulikowski) Ioannes Demetrius, secr. reg. Pol., 1024, 1042, 1062, 1068, 1111-2, 1114-5, 1121-2, 1192-4.  
**SPARWEIN**, Nicolaus, consil. ducis in Prussia, 1129.  
**SPERLING**, opp. in Prussia, 904.  
**SPILL** v. Szpill.  
**SPIRA**, Spirensis, 1103, 1128-9.  
**STANGENBERG** v. Schack.  
**STAROGARDIA**, 901.  
**STAWŁOWSKI** (Stawłowscy), nobiles Pol., 1140.  
**STEMBERG**, Stemberk, Stembergk, v. Kostka.  
**STETINUM**, 911, 920.  
**STOBNICENSIS**, 1024, 1026.  
**SUCHTEN** (Suchtenius) a, Alexander, medic. doctor, 922, 932.  
**SUECIA** (Suetia, Swetia, Schweden), Suecus, Suedus, Suecicus, Sueticus, 860, 867-8, 875, 880, 882-4, 888, 890-1, 896, 900-3, 910-11, 919-20, 922, 924, 926, 928, 931, 962, 965, 968, 984, 990, 1076, 1098, 1233.  
**SULIKOWSKI** v. Solikowski.  
**SUNDIUM**, Sundensis, 879, 882, 911, 920.  
**SVERINENSIS**, 901.  
**SWECIA** v. Suecia.  
**ŚWIDRY** (Szwidry) villa, 979.  
**ŚWIĘTE** (Szwiętę), villa in Prussia Regali, 1050.  
**SYEPRCENSIS** v. Sieprensis.  
**SYNVALSKI** Iacobus, nob., 1224.

**SZAK** v. Schack.  
**SZCZECIŃSKI** Franciscus, nob., 1226.  
**SZCZECIŃSKI** Petrus, 1226.  
**SZCZUKA** (Szcula) Bartholomaeus, nob. Masovita, filius Ioannis, 1027.  
**SZCZUKA** (Szcula) Ioannes, nob. Masovita, 979, 1027.  
**SZCZUKA** (Szcula) Matthias, vicarius in Wąsosz, 876, 985, 1082.  
**SZCZUKA** (Szcula) Valentinus, nob. Pol., 1027, 1082, 1158.  
**SZCZUKA** v. *etiam* Lewicki.  
**SZCZUKI**, de, v. Benczuk Valentinus.  
**SZCZUKI** (Szculi) Slawutha, de, 978.  
**SZEDLIŃSKI** Paulus v. Sadlinski.  
**SZEMIOT** (Szemiott) Melchior, cast. Samogitiae, 1127.  
**SZIEPRCENSIS** v. Sieprcensis.  
**SZPILL** (Spill) Ioannes, civis Caunen., 980, 1061, 1107.  
**SZWIDRY** v. Świdry.  
**SZWIETHE** v. Święte.  
**SZYMANOWSKI** Matthias, nob. Podachiensis, 1052.  
**SZYMBARSKI** (Schimbarski, Shimburksi) Christophorus, subd. ducis in Prussia, 963, 974.

## T

TAMOWSKI Rochus, civis Torunien., 1215.  
**TARŁO** Gabriel, magister curiae Catharinae reg. Pol., 1013.  
**TARTARI**, 1094.  
**TASTIUS**, consul Rigensis, 940.  
**TECZYŃSKI** (comes in Thęczyn, Thenczin, Tenczinensis comes) Ioannes, pal. Belzensis, 924, 928, 931.  
**TESCHINENSIS** v. Cieszyn.  
**TEUTONICUS** v. Theutonicorum Ordo.  
**TEUTSCH** v. Germania.  
**THĘCZYN** v. Tęczyński.  
**THEUTONICORUM** Ordo, 960, 971, 974, 1103, 1118.  
**THILZA** (Tilsa), Tilsensis, 1055, 1064, 1127.  
**THOMAE** (Thombs, Thoms) Ambrosius, civis Regiomont., 1188-9, 1218.  
**THRUSHSES** v. Truchsess.  
**TIKOCZIN** v. Tykocin.  
**TIMAWA**, bona, 1050.  
**TOMBACH** Ioannes, bibliothecarius ducis Alber- ti, 1196.  
**TORUNIENSIS**, Torunensis, 1159- 1215-6.  
**TREMESNENSIS**, 881.  
**TRIDENTINUM** Concilium, 944.  
**TROKI**, Trocensis (Troczi), 1087.  
**TRUCHSESS** Albertus, de Wetzenau (Veczhausen), 1129.  
**TRUCHSESS** (Thrushses) Ioannes Iacobus, consil. ducis in Prussia, 1129.  
**TURINGIA**, 1204.  
**TYKOCIN** (Tikoczin), 1084.

## U

**ÜBERFELDT** Valentinus, secretar. regis Pol., praef. silvarum in M. D. Lith., 1011, 1184, 1209.

**UNGARIA**, Ungarn, Ungeran etc. v. Hungaria.  
**UNGERMAN** Bartholomaeus Ioannes, nob. Pruth., 1129.  
**UNTHERSBERG** v. Insterburg.  
**USTROCENSIS** districtus, 1040.

## V

**VAIERANUM** v. Weiher, Weieranae copiae.  
**VANDALI**, 901.  
**VANSOVIC** v. Wąsowicz.  
**VARMIENSIS** (Warmiensis), 944, 975, 1024, 1173.  
**VARSAVIA** (Varsovia, Varschevia, Warschavia, Warschau), Varsaviensis, 860-874, 877, 879, 924, 926-9, 931-3, 935-42, 960, 962, 965, 1029, 1033, 1035-6, 1064-5, 1142-9, 1188-97, 1199, 1201-37.

**VECZHAUSEN** v. Truchsess Albertus.  
**VEIERUS**, Veieranus v. Weiher, Weieranae copiae.  
**VELUN**, Velunensis v. Wielun.

**VENETUS** Senatus, 856.  
**VERDEN** v. Werden.  
**VESTPHELING** Ioannes, Pruth., 1129.  
**WIELUN** v. Wielun.  
**VIENNA** (Wien), 1000, 1034, 1037, 1095.  
**VILNA** (Willde, Wilna), Vilnensis, 858, 862, 875, 880-3, 885-6, 888, 890-7, 899-912, 914, 916-7, 919-22, 939, 996-9, 1001-6, 1008-9, 1015, 1036, 1090, 1182.

**VIRSBOWO** v. Wirzbowo.  
**VISLICENSIS**, 1173.  
**VISNA**, Visnensis, 945, 979.  
**VISTULA** (Istula), fl., 905, 908, 911.  
**VITINGHOFF** Henricus, a, cap. Bauscensis, leg. ducis in Prussia, 1051.  
**VLADISLAUS** (Iagellonicus) rex Hungariae, 949.  
**VOBESER**, Vobeser, Vobserus, Vobseriana causa v. Wobeser Paulus.  
**VOGELWAIDER** Eustachius, 1190.  
**VOLKERSAN** Henricus, subd. ducis in Prussia, 891.

## W

**WAIER** v. Weiher.  
**WALDOWKO**, bona in Prussia Duc., 1050.  
**WARMIENSIS** v. Varmiensis.  
**WARSCHAU**, Warschaw, Warschavia etc. v. Warsawia.  
**WASELK** v. Fasolt.  
**WASOSZ** (Wasosze), 985.  
**WĄSOWICZ** (Vansovic), aulicus et miles reg. Pol., 920.  
**WĄSOWICZ** Stanislaus, 896 .  
**WAYER** v. Weiher.  
**WCIEKLICKI** (Wczielkliczki) Ioannes, militum ductor, 1124, 1179.  
**WEIHER**, WEIER (Waier, Weyer) Ernestus, militum conductor, 874, 877, 879-80, 883, 1089.  
**WEIERANAЕ** (Veieranae) copiae, Weieranus miles, 882, 885, 911.  
**WEINREICH** (Weinrich) Adamus, civ. Regiomont., 1167.  
**WENDEN**, 860.

- WERDEN Ioannes, a, 883, 894.  
 WERNER Georgius, Pruth., 1129.  
 WERNICKE Paulus, civ. Gedan., secretar. reg. Pol., 998, 1058.  
 WESSEL Iacobus, nob., 1074.  
 WETZHAUSEN v. Truchsess Albertus.  
 WEYER v. Weiher.  
 WIDMANNSDORFF Nicolaus, subd. ducis in Prussia, 859.  
 WIELUN (Vielun, Velun), Vielunensis (Velunensis), 1000, 1013-14, 1018, 1034, 1070.  
 WIEN v. Vienna.  
 WIERBICKI Victorinus, ep. Samogitia, 988.  
 WIETWIŃSKI (Wieczwiński, Wieszcwynski) nobiles Pol., 914, 1081, 1130-2, 1175, 1195.  
 WIETWIŃSKI (Wieczwiński) Bartolomaeus, 1195.  
 WIETWIŃSKI (Witwinski) Ioannes, famili. Nicolai Radziwiłł, pal. Vilnen., 858-9, 1195.  
 WIETWIŃSKI (Wieczwiński) Nicolaus, nob. Pol., 914, 1195.  
 WILAMOWSKI Ioannes, 1133.  
 WILDE Leonardus, civ. Gedan., 941, 1061.  
 WILDE Leonardus, civ. Regiomontan., 980.  
 WILLDE v. Vilna.  
 WILSK, 862.  
 WIRZBOVO (Virsbovo), bona in distr. Soldavienisi, 1221.  
 WISINGZBORGH v. Brahe.  
 WISNENSIUS v. Visna, 979.  
 WISSA Martinus, a, 979.  
 WITHRAMOW (Witramowo), bona heredit. fratum Wietwinski, 914, 1081.  
 WITMANSDORFF v. Schworcz Nikel Ślawski.  
 WŁOSTOWSKI (Wlostowski), subdit ducis in Prussia, 1027.  
 WŁOSTY (Wlosty), villa, 979.  
 WOBESER Iacobus, 1056.  
 WOBESER (Vobeser, Vobserus) Paulus, equi-
- tum dux, 1048, 1054, 1056, 1062, 1083, 1089, 1093, 1100, 1103, 1128-9.  
 WOIN, 1150.  
 WOITELOW, subd. ducis in Prussia, 1027.  
 WOJANOWSKI Christophorus, 992, 1033.  
 WOJANOWSKI Fabianus, 992, 1033.  
 WOJANOWSKI Petrus, cap. Graudinen., 1033.  
 WOLMESER GREGORIUS, Pruth., 1129.  
 WOŁOWICZ Eustachius (Ostafie), marsalcus curiae, vicecanc. et thesaurar. M. D. Lith., cap., Mohilovien., 878, 938, 978, 986, 1046.  
 Wołowicz Ioannes, 865.  
 Wydra Ioannes, vexillifer Caunen., 906.

## Z

- ZAKROCZYMENSIS (Sakrocziemensis), 1221.  
 ZALESKI Fridericus, internuntius reg. Pol., 1204.  
 ZAMOKLY Iacobus, domesticus, 1036.  
 ZATORIENSIS, 928.  
 ZBOROWSKI (Sborowski) Petrus, cast. Biecensis et cap. Stobnicen., 1024, 1026.  
 ZEHMEN v. Czerna.  
 ZELINSKI v. Zieliński.  
 ŹELISLAWSKI Franciscus, internuntius reg. Pol., cap. Riesenburgen., 952, 1108.  
 ŹELISLAWSKI Ioannes, frater Francisci, 1043, 1108-9.  
 ŹEPLITZ Casparus, a, 1198.  
 ŹID v. Iudeus.  
 ŹIELICZYŃSKI Albertus, subd. ducis in Prussia, 1177.  
 ŹIELICZYŃSKI Iacobus, subd. ducis in Prussia, 1177.  
 ŹIELIŃSKI (Zelinski) Gregorius, iudex Plocen., 1221.



## T A B U L A E

*Commoditati lectorum consulentes, in hoc quoque volumine ponimus imagines sigillorum, ad temporis spatium documentis huius voluminus comprehensum pertinentium, quas in antecedentibus voluminibus (El. XXX et El. XXXI) publicavimus.*



SIGILLA SIGISMUNDI AUGUSTI



VIII (*Sigillum magnum Poloniae, 87 mm.*)

SIGISMVNDVS. AU-  
GVSTVS. DEI. GRA-  
CIA. REX. POLO-  
NIAE. MAGNVS.  
DUX. LITVANIAE.  
RVSSIAE. PRUS-  
SIAE. MASOVIAE.  
SAMOGITIAE. ETC.  
DOMINUS ET HE-  
RES.



VII et VII a (*Sigilla minora Poloniae, « sigilla cancellariae », 47 mm.*)

SIGISMVNDVS. AUGUST. D. G. REX. POLONIAE. MAG. DVX. LITHVA. ETC.

TAB. II

*SIGILLA SIGISMUNDI AUGUSTI (continuatio)*




VI maius (*Sigillum maius Lithuaniae*, 72 mm).

SIGISMVND. AVGV. D. G. REX. POL. MAG. DVX. LITVAN. RVS. PRVS. SAMOGIT.  
MAZO. ETC. DO. ET. HERES. (*Iuxta scuta lateralia*): PATERNVM- KIOVIENS- SAMOGITIAE.  
VOLHYNIE- MATERNVM.\*)



VI (*Sigillum minus Lithuaniae*,  
38 mm).

SIGISMVNDVS. AVGVST. REX  
POLON. MA. DVX. LITHVANIAE.



IX (13.17 mm)



IX maius (20.25 mm)

S(*igismundus*) A(*ugustus*) R(*ex*) P(*oloniae*)

\*) *Inscriptiones vix leguntur, sec. Gumowski emendatae.*

SIGILLA REGINAE CATHARINAE



XIII maius, (45 mm)

KATERINA. D. G. REGINA. POLONIAE.  
M. D. LITHVANIAE. ETC.



XIII (28 mm)

KATERINA. D. G. RE. POLO.  
M. D. LIT. ETC.

Quintus Augustus Vetus quod ad eiusdem in Polonia Brzeziny  
fundat etiamen, dicitur Jan. Petrus Jan. Majestatis Danogitam et Genua. In Polonia

Unserne formundtghafft Vnde war ein songt mehrher liebt vnd  
quodis thymigan hauet. So gorboren er knapt. Herrinckhafft  
lieben her & hem vnde d'ffragt. Wier jordan an d' t' vngf.  
vnd kusten getwirken hinc & d'lan jesch. T'now sy vns formet  
vergeltet der. Das war Durchleuton. Und mitt deszen vns formet  
ungenreitig phreibon d' t' gryndheit bryngf. Dach  
ann allez quittet von hertzen gommen. auf d' vnd nichtt leidet  
sond h'gden allam. wann es d'ngfalen an h'le g'f'ndheit vnd  
p'st an allam glücklich und w'ell erregt. Vnde die  
reuel regt die Zeit der Zeit vng'nden zu' w'lfch. d'  
L' um der Partt vnn pflegten. So d'f'gen war auch d'  
L' h'rling deszen vns formet gegenreitig gesetzten. unnes  
h'gden d' h'rballwagen h'rtt deszen vnde allam b'gefor.  
D'ngfalen wolle d' t' framethis vnde vnde ammen.  
Und huet quitt er g'f'ndheit in der Partt ertraumt.  
A'ur' g'f'ne h'rmitt d' t' vnde h'rtt ja'nt alien den Jren  
mi'langreitig o'rehendheit. Und allez das was er in jol.  
heft vnde Gott dem allmächtigen b'gewart. d' h'rlin  
zu' Grodno den i'ctag Septembris. Im Jahr des Herrn  
anno 1565. Vns formet Königreichs des z'c'te Regent.

Sigismundus Augustinus  
Des Fr.

unglücklicher frist fruehster mein fruehlich  
 dor und setzt e l fum mein fruehlich frueh  
 runde hie es habsrude gretter gi vor man es  
 e l glücklich runde wohling dag fort ist  
 fruehlich garay dor glücklich ruis e l mis  
 auf vngnader gottes in gretter gofund  
 god hat lob magd vng ist vij lange zai  
 kring pferden vey e l hat bay ist mi und  
 lessing e l mis die pferd mein pferd bay  
 fruehlich gi os pferd gang fruehlich  
 pferd e l wohllung mis raffing lessing ruis e l  
 god e l rauert auf angriff vor pferden  
 hat bay mein aus zwig gi krieger  
 mein allorhle frueh runde pruider auf  
 pferden dor laut pferd aus großer pferd  
 pferd auf brennungen laufet vni geplote  
 ist wohldes ist e l auf ~~e~~<sup>and</sup> fruehlich  
 mainning mi mangenwir. wohllung lessing  
 gottes dor almeindige god frueh gelij gne  
 und fust es nach frueh fortlichs runde  
 gelijfing wohllung gi lob frueh fortliche

TAB. VI

namen mir aber zu schriften schreiber  
dies wird dir mit E L auf den aller  
frühesten folgen wahrer Vierlini do

3 tag maij

E L

frühesten soffor  
Catharinae regiae  
zu Polony sl

Epistola Sigismundi Augusti ad Albertum. N. 1087.

Sigismundus Augustus Regis gratia Rex Poloniae, et Regis ducatus  
Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque, et dominus Florensis.  
 Cuius principis domine consobrini noster char<sup>me</sup>. Dum nos de iudeorum subditorum nostrorum iniuris qui  
busdam cum illis vestris agimus, factum est, ut alij iudei, subtili idem nostri, qui ex Trakai per Nagrenta  
iter faciebant, a praefecto illis vestris regnent detinunt sint, cum locis immensis suis. Inter quos sunt  
etiam quidam christiani. Quod cum illis vestris intelligat ad violationem pacorum communium. Ad no-  
stre quoq; dignitatis minimationem pertinere, facile potest conjecturam captu, quo animo id a nobis suscipi  
oportet. Et si enim in leibus personis ea admissa sint, tamen violatio ipsa pacorum communium, et indi-  
gitalis ipsa nostra, qua in tandem causam incurrit, non potest nobis non esse atrocissima. Traq; loquitur  
ille vestram, et sine mera iudeis ipsos libere dimitti faciat, et ager res suas permittat, praefectisq; huius  
regnent detinunt, hoc ipsis factum temerarium in proprio sibi displicere. Denique autem ne prohi-  
bit transplum iudeis ipsis per dictiones suas. Factumq; illis vestris pro officio suo, et multua benevo-  
lentia nostra, dat. Godzta die xxix mensis Augusti. Anno Eni<sup>m</sup> 1529. Regni mei xxxiii.

Sigismundus Augustus  
Regis Fr.

TAB. VIII

	<p>Rerum potiorum Rerum Proscriptorum et expulsorum ad istuc regni Regnorumque</p>
	<p>W. pism wital ztobis p. d. omisq[ue]</p>
	<p>W. pism p[ro]priez d[omi]ni pleniorum utere p[re]t[er]e ztobis p[er]t. 1.</p>
	<p>W. kofus Bichini excepione utere p[re]t[er]e ztobis p[er]t. 12.</p>
	<p>W. pism p[ro]priez sacerdotum wital utere p[re]t[er]e p[er]t. 1.</p>
	<p>W. kofus p[ro]priez wital ad p[ro]m tat. - - - 25</p>
	<p>W. pism wital Babu Mori p[er]t. tat. - - - 6</p>
	<p>W. pism p[ro]priez wital utere utere p[re]t[er]e p[er]t. 1.</p>
	<p>W. p[ro]priez D[omi]ni regni wital ad ztobis tat. 11</p>
	<p>W. pleban wital tat. - - -</p>
	<p>W. cospodan wital tat. 2</p>
	<p>W. d[omi]ni gospodan wital utere uterumque tat. - - 2</p>
	<p>W. m[ar]kof q[ui]t[er]i q[ui]ntal yadrami p[ro]priez h[ab]et go turgali p[re]t[er]e zamlicem zrabi ztobis p[er]t. 25.</p>

IV. Naturae sanguinis sp.  
nalo Johanni Missagnoi.  
in Ecloris Pollicini capi.  
et 2. jde lit pectoris  
si pergewimus

V. profunda sanguinis  
reflexus Iohannovi si  
dorsi pectoris Eclori  
mal Malga. 5 gen-  
niss Ecloris nascit

VI. Simonovi dico profunda  
sanguinis participatione  
Epirus. Dua cervonibus  
Ecloris nascit.

+ clementem sponseris 10

omniashamia uerbi  
seruare officiis. utore  
prosternere de cuncta  
profundis malis  
sanguinis et missagno  
Ecloris sit. utore  
cervis utem humera  
misi Starogi Regius  
Ricardo

SIGISMUNDUS AVGVSTVS, D[omi]n[u]s REX Poloniae  
mag[is]t[er] OR[bi]S I[usti]A Russiae, Prussiae, MA[ri]AE Sam[uel]i, i[n]f[ant]is domini et baron.

**A**llus primus domine Ne[re]s noster char[act]e[r]me. Persuasum habemus,  
filium vestram precib[us] meminisse, quām sedulo eam pro singulari nostra  
animi proportione antea h[ab]ebat simus, ne vel tractatus, vel dispensa-  
tiones illas, de rebus suis cum quoq[ue]m cuiuscunq[ue] status et condi-  
tio[n]is illa fuerit, extra scientiam consilium nostrum filios vestra  
susipereret. Tamē si vero m[od]estū dubitamus filium vestram, id ip[s]i,  
ut debeat, et faciat haiderus, et in posterum falculari diligenter;  
tamen cum cognoscemus, esse ploransq[ue], qui te per literas et per voces  
suis, cum filio vestra tractare conetur, de rebus tam ad nos regnū  
nostrū, quam ad illos ipsam vestram pertinentibus, non potuerimus  
committere pro amore no[n]tro erga filium vestram, et eo iure, quod  
in ipsam, veluti Tutor, vel uti feudi dominus, obtinemus, quin  
filium vestram denoue admonemus, prout vigore harum praeventiu[m]  
admonemus, postulamusq[ue]. atq[ue] adi[us] serio inungimus. ne de his  
rebus, que et magni momenti sunt, et tam ad nos tanq[ue] domini  
feudi Ducatis Prussia, quam ad filium vestram pertinere videntur,  
tractatus illas suspirat, sed omnes cuiuscunq[ue] tandem status et  
conditionis existant, qui tractatus illas cum filio vestra imie  
voluerint, ad hos remittat, nec aliter faciat, pro gratia et  
benevolentia nostra. Date Varsovia die xx mensis Martij  
Anno domini m dccc xxi. Regni nostri anno xliij.

Sigismundus Augustus  
Rex Pol[oniae]

**FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA  
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694  
IL 28 GIUGNO 1974**



ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (cont.)

- Vol. VII** — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676) 11 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1962.
- Vol. VIII** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1963.
- Vol. IX** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. Koczy, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572) 8 tab. Ind. nom. propr. 1964.
- Vol. X** — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676) 12 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XI** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1578) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XII** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., 1964.
- Vol. XIII** — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XIV** — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA - DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab. Ind. nom. propr. 1965.
- Vol. XV** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1586), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVI** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1589), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1966.
- Vol. XVII** — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1967.
- Vol. XVIII** — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab. Ind. nom. propr. 1968.
- Vol. XIX** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1968.
- Vol. XX** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696) 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VI+324, 1969.
- Vol. XXI** — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696) 2 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+262 1970.

- Vol. XXII** — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588) pp. VIII+210, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIII** — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi* II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772) Ind. nom. propr., ind. chron. B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588) Ind. nom. propr., ind. chron. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab. 1970.
- Vol. XXIV** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* III pars. Ed. C LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564) pp. VIII+301, 4 tab. 1971.
- Vol. XXV** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN 78 doc. (A.D. 1563-1572). 6 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+248, 1971.
- Vol. XXVI** — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589) 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- Vol. XXVII** — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- Vol. XXVIII** — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino* III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXIX** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. pp. VIII+376, 1972.
- Vol. XXX** — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., Elenchus episolarum, elenchus sigillorum, ind. nom. propr., pp. XV+259, 1973.
- Vol. XXXI** — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., elenchus epistolarum, ind. nom. propr., pp. IX+241, 1974.
- Vol. XXXII** — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., elenchus epistolarum, ind. nom. propr., pp. VIII+268, 1974.
- Vol. XXXIII** — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae* VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN (in typis).
- *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano* IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA (in praeparatione).
- *Res Polonicae ex serie Card. Morone in Archivo Secreto Vaticano*. Ed. C. LANCKOROŃSKA (in praeparatione).

#### DEPOSITARI :

« International Book Distributors »  
 LIBRERIA  
 117-120, Piazza Montecitorio  
 00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)  
 66, Kenway Road  
 London S.W.5

Institutum Historicum  
 Polonicum Romae  
 284, Via degli Scipioni  
 00192 ROMA

Pretium: Lit. 7.500, \$ 13,00, £ 5.00.